

25

rebellionē instituerāt, pacatā reliquit prouinciam: iam enim gens imperij assueuit alienis: & deinde quieta manēs, in reliquū etiā nomē amisit: nemo enim Wādalici sanguinis deinde recordatur: omnes se Aphricanos habuere, qui in Aphrica intra. CV. annos sunt exorti.

## FINIT LIBER PRIMVS

## INCIPIT LIBER .II.

Wādali que  
runt nouas  
Cedes.

Sedes patrie  
Wādalarū.

Wandali in  
Germania  
magna.

Bohœmi in  
Hercynia.

Hunor. socij  
Bohœmi.

Fraci & Wā  
dali socij.

**P**• Eruentū est ad ea tēpora in cōmemoratione rerū Wādalicarum, quibus ea gens nouis etiā tunc sedibus quærendis intenderat minuēde multitudinis causa: ita enim agente rerū natura, & eius gubernarore Deo, gens multiplicata est: ut non terra caperet, non alerent agri populum suū. Igitur cum Romano Imperio Maurici⁹, Imperator Constantinopolitan⁹ preesset: gens Wādalorum, qui m̄ omnes iam usitato uocabulo Sclauonor̄ uocat, partim Bohœmia & Slesia, partim subiectis ad Danubiū terris sparsa, in Dalmatiā, Croatiā, & Histriā, sese diffuderat: cuius rei testes in principio operis acciuimus: ut fabula Bohœmor̄ de sua antiquitate coarguatur, contēdentiū suę gentis originē esse ex Croatia per Zethum: lōge enim uetustiores in sua prouincia sunt Bohœmi q̄ rentur ipsi: nam illor̄ & Ptolomeus & Tacitus recordant̄; alter sub Traiano, alter sub Hadriano Romanis Imperatoribus scribentes. Mirū uero debet uideri unde tanta gentis Wādalice irrepsit ignorantia: quę tam late fusa per Germaniam magnā, sicut est hodie, sic fuit ab olim: & tñ Italicoꝝ eam nemo attigit: nisi quantū ad eam pertinet expeditionem, quam, ut prediximus, tertīā terrar̄ orbis partē in Aphricā occupādam fecere: & supra centum annos prouinciam, regno tenuere. Sub imperio uero Maurici⁹ Imperatoris, quod dicere cœpimus, ad annum Domini DLXXXIII. iam primum Sclauinę gentis (quę ipsa Wādalica est, quod nec Blondus, nec docti alij inter Italcios aduertere) mentio incidit: q̄ ea Hunos fortissimū gen⁹ hominū, quod in Pannonijs ripā a nobis ulteriore Danubij, a memoria Attile truculētissimi regis accolēbat, est tutata. nam Mauricius Imperator missō in expeditionē filio ac socero, Hunos uehemēter urgebat: ut iam aliqñ regredi in regionē suam meditarētur: tñ ad proximam Sclauor̄, ut ait Blondus, hoc est Wādalor̄ gentē, quę non alia q̄ Bohœmorum fuit intra Hercyniā habitās, cōuersa, auxiliū implorauit & impetravit. Nam ripa Danubij ulteriore abierāt pridē Wādali in Gallias: ex eadem Odoacer mouit in Italiā. Ergo quos inuocauere Huni non erant nisi Bohœmi, & qui proxima eis loca tenuerūt, uno sermone, ijsdem moribus, Wādali. Hic uide quale fuerit Hunor̄ nationem pene integris Romanis uiribus terribilē, in fidē ac defensionē Sclauor̄, hoc est, Wādalorum conuolasse: societateq̄ eosdem Wādalos inijſſe cum Francis, qui nunc Frattones, cūq̄ Bauaris, quos Baioarios ueteres, & alij Auares dixe-

LIBRI II. CA. II.

re; deniq; cuim Longobardis, qui iam dudū transibant in Italiā. Wandalos uero Bohemios semel excitatos, sumptis armis in Dalmatiā, Croaciā, Histriamq; cōmigrasse; ibicq; fixissle sedes, quas tenēt in hodiernum: inde quoq; suppetias, laboranti nonnunq; ab Saracenis, Italie fortiter tulisse: quod suo loco cōmemorabitur.

• C A. II.

Inc attendat uanitatē sue fabule Bohemii: qui se ortos Dalmatiā siue Croacia, indeq; aliquā populariter emigrasse se iactant: ignorates gentē suā poti⁹ in Dalmatiā per hęc tēpora Mauricij Imperatoris trāslisse: testē introducit Blōdus Grégoriū Summū pōtificē, cuius uerba supra retulim⁹, Histrię episcopos super ea irruptione cōsolātis, ita qui doc⁹ idem presribit: qđ supra in huius libri prefatione ostēdim⁹, unā esse gentem Russor, Polonor, Bohemor, Dalmatar: eius etiā partem inter Saxones ait cōsedisse: testis est una, quod sepe dixim⁹ lingua, sub ea uarieitate, que in eadē sermocinatione solet contingere, in multas prouincias dispartita. Ergo a mari Germanico ad Mediterraneū usq; hoc tēpore Wandalī habitarunt: quando a Rugia maritima ad Pomeranos: inde ad Marchitas & Slesitas, quibus proximi sunt Bohemii: inde ad Pannonias, quas sub Constantino Magno accēperāt: a quibus ad Dalmatas & Histros in littore maris Mediterranei habitātes, proxim⁹ est transit⁹. Inde facilis est coniectura Herulos, quos supra ostēdimus primos inter exterros regno tenuisse Italiam, huius fuisse gētis portionē, tam late per Germaniā fuse, tāq; multas prouincias insidentis. Priusq; tñ ad nostrā gentē, hoc est, Wandalos, qui nunc inter Saxones sparsi, tenues ostendūt sue antiquitatis reliquias, redeamus: ea cōmemoranda sunt, que magnor, testimonio authorū, ab gente Wandalor, uel in Gallijs, uel in Italia sunt peracta. Testatur Robertus nostri temporis Gallorum historicus, etate Karoli Martelli, magni per Gallias ducis, qui pro rege Francię tum maior dom⁹ regnū magnifice administravit circa CCCLXX, annū a Christo, Wādalos agmine facto in Gallias transisse, querendis nouis sedibus more patrū, quibus id fēliciter euensis audierāt. uerba scriptoris ad fidem ponenda putaui. Per id tempus Wādalos sedibus suis relictis, cum finitos populos uexassent, in Franciam crudeli agmine ad Senonas usq; irruperūt: sed impetu in eos facto ubi antistes Obbo obsidione liberata ciuitate, hostem in fugā uertit. Tam breui rem pro suo more Robertus absoluit: sed unde uenerint Wandalī ostensurus, pene fit ridiculous: Huius, inquit, gentis Wādalor, origo, sicut & Hunor, atq; Gothor, a Scythia esse traditur: qui patria a Gothis pulsi, indeq; ad Danubiū fugientes, cum illas sedes longo satis tempore habuissent, Gimerich Gothor rex eos a Danubio proturbat: coacti igitur Romanorum legibus audire, a Constantino incolendi locū impetrant: Panioniaq; annis LX, obtinuerunt: donec Stilico aduersus Archadiū Honoriūq; Imperiū affectas, Wandalos in societate belli acciuit. Qua occasione excitati barbari, per Gallias primū diu grassantes, inde a Gothis pulsi in Hispaniā transgressi, Hispalim ciuitatē obtinuere: cuius omnē late regiū Wandaliam de suo nomine dixerūt. Sed cum Honori⁹ doleret Go-

wandalī cōtra Sarace.

Carpit Bos  
hemos de  
ignorātia su  
g originis.

patriæ sedes  
Wandalos.

Heruli sive  
Wandalos.

Robertus hi  
storicus.

Wandalī in  
Franciā.

Robert⁹ ridi  
culus.

Hispania sub  
Wandalos.

thos Gallias uastare, Hispaniā illis permittit: unde non multo post Wāda  
los electos, Aphricā petere coegerūt: ubi ad Bellisarij tēpora incolentes, Iu  
stiniani edictō, per Bellisariū gentē & regnū amiserūt. Sic Robertus, hoc  
aut̄ est ostendere exitū Wādalor̄ qui Aphricā tenuerunt: non est docere  
unde uenerint, qui sub Karolo Martello Frāciam uastarint: quod hic lo  
cus deposcebat. • CA. III.

Cōmentitia  
de Franci.

Author rep  
bat scriptos  
res Gallos.

Alanī in me  
dia Germania  
e gerūt.

Saxones.

Frāci diu in  
Germania.

Frāci in Gal  
lijs uicti.

Tū in ea ipsa cōmemoratione permulta friuola & ficta legūtur:  
e quis uero mirabit hunc hominē uana de Wandali scripsisse: qñ  
tam multa cōmentitia de sue gentis, hoc est, Francor̄ origine ille  
contradicidit: quod etiā alio loco monstrauim⁹. Troianā, inquit, originē ha  
buere Franci: Sicambriā ad Meotidas paludes urbem insignē coluere: un  
de Valentiniā iussu expugnauere Alanos: quo merito per decenniū tri  
buto liberi fuere. sed exacto tempore illo, cum censum negarēt, ab eodem  
Imperatore expugnatos, in Germaniā trāsisse. Hec est Gallo⁹ omniū can  
tilena ab Roberto renouata. Troianos origine Francos quis credat, nullis  
per tot secula ducib⁹ cōmemoratis: quasi nulla gens clara prodierit nisi il  
la stirpe: de qua cum Romani glorientur, Franci quoq; si dijs placet, eo se  
cōtulerunt. Sicābria uero non ciuitas sed regio fuit: non ad Meotidas, sed  
Renū, teste Ptolomeo Straboneq; & in Cōmentarijs Cesare. Sed eo con  
fugiunt, ut geminā fuisse contendat Sicambriā: credamus si uel unū testē  
producant: sed cōmentitiā rem esse sequentia monstrabunt: nam q̄ aiunt  
illos iussu Valentiniā expugnasse Alanos, uanū est: nam Valentianus  
nulla ad Meotidas habuisse bella memorat: præsertim cum Alani iam in  
media agerēt Germania cum Suevis & Wādalis; postea in Gallias & Hi  
spanias, quod Romane docent historie, cōmigrātes: Saxones uero qui re  
bellionem intētarunt illa tempestate, per Sicambros, hoc est, Frācos Ger  
manos crediderim compressos Imperatoris iussu, Orosio teste. Saxones  
inquit, gentem inuijs paludibus sīlam Romanis prouincijs irruptionem  
meditantes, per Sicambros cōpescuit. Nam, quod sequitur, post decenniū  
Sicambros tributa negātes ab eodem Valentianō deletos friuolū est cū  
solis undecim annis in Imperio fuerit, nec initium imperij eius bella habuit  
ad Meotidas. Sed totam hanc fabulā subruit, que sequitur narratio. Qui  
superfuere cedi Sicambros, ait in Germaniā transisse; ibiq; Frācos, hoc est  
liberos appellatos. Possum docere multis testib⁹, Orosio, Hieronymo, Eu  
tropio, Paulo diacono: Francos diu ante tempora Valentianī in Ger  
mania habitasse. Flavius Vopisc⁹ qui uitā Aureliani Imperatoris misit in līte  
ras, inter cetera commemorat. Idem inquiēs, Aurelian⁹ apud Mogūtiacū  
tribunus legionis sextę Gallicanę, Frācos irruentes cum uagarēt per to  
tam Galliam, sic affixit: ut trecentos ex his captos septingentis interemptis  
sub corona uendererit. Ecce Franci in Gallijs uiuncunt ab Aureliano, nec  
dum Cesare: qui plus centū annis ante primum Valentianū imperauit  
Deinde Eutropius de temporibus Diocletiani: Franci inquit, & Saxones  
mare infestabant quib⁹ Carausius dux preficitur comprimēdis. Sed cum  
nec preda integra prouincialibus redderet, nec Imperatorib⁹ mitteret, ue

LIBRI II. CA. III. ET III.

nit in suspitione prefectus, q̄ barbaror̄ aluerit audaciā: ut ille spolijs eorum potiretur. Diocletianus autē multo tempore precessit in Imperio Valentini anum, sub quo Franci iam mare Britanicū infestauere Hieronym⁹ autē in Hilarione tradit temporibus Constantij Cesaris, missum sancto patri libe randum demone iuuenem ex Francia: ea, inquit, prouincia media est inter Saxones & Sueuos. Quid potest dici expressius? Orosius autē: Valētinianus, inquit, Saxones gentem in oceani littoribus & paludibus inuījs sitam uirtute atq; agilitate terribilē, Romanis finib⁹ irruptionē iamdiu meditatem, in Franco& finibus oppressit. Sic Orosius non in Alanos, sed Saxones: non in Meotidis paludibus, sed oceani gentem, in Frācorum finibus (quos olim dictos inueniet Sicambros, qui diligenter Ptolom̄ū inspexerit) esse repressam & edomitam. Quam rem huic negocio extraneā, huc tñ introduxi: ut uideam, quā fidē faciat in origine Wandalor̄ cōmemorda, qui in suę gētis antiquitate describēda tantū a uero absuit. C A. III.

Franconia  
olim Frācia.

Saxones uin  
cuntur.

Tramem quale sit quod de Wandalor̄ tradit origine uideamus.  
 a A Scythis producit gentis originem. Sic solēt etiā Italici in uastā illam Scythiam recurrere quoties ignotē sibi gētis nomen occurrit. Non legerat Tacitum in Germania, qui uetusissimā Wandalor̄ originem in ea prouincia demōstrauit. Non uiderat Berosum Babylonicum, sacerdotem, antiquitates gentium ex officij publici ministerio scribentem: qui Tuisconem Noe post diluuiū primogenitū filium, docet omnia impleuisse cōfinia, intra Tanaīm & Renūm, filiosq; habuisse Hunum, Wandalum, Mannū, Sueuū, Marsum, Gambruiū. Vnde liquido appetet, non modo Wādalos: sed & Hunos non esse Scythes, Asiaticos, sed Europeos homines: quod etiam alibi ostendim⁹: sepiusq; dicendum est pro rei nouitate q; hacten⁹ nobis Berosus incōpertus erat. Sarmaticos cāpos etiā nūc latissimos, olim Huni Wandalicq; impleuere: quos nūc tenent Tartari. Et Hunor̄ quidē nomen interiūt, deletum in Pānonijs per magnum Karolū quod in Saxonia mōstrauimus, Wandalorum autē latissima natio, usq; ho die permansit in multis prouincijs, depulsa Sarmaticis campis, sed uberiorēs inde nacta prouincias. Magnā tamē hodie suę gentis partem ibi recognoscit Russos atq; Polonus. Nam ille sunt partes Wandalor̄ in magna Germania. Q; a Gothis aliquādo pulsā sit pars gētis, non inficiamur. q; q; à Cōstātino Magno sedes meruerint ad ripam Danubij, & inde in Gallias & Hispanias, & demū in Aphricam transierint fatemur: sed non est hoc ostēdere unde prodierint, qui sub Martello Gallias infestarūt. Ego ex his fuisse cōtendo, qui littora maris Germanici, etiam post hāc etatē diu tenuerunt: in quibus uetus rerum uocabulum permanebat, ut Wandali etiā tūc dicerent cū alię gētis hui⁹ portiones, in suis prouincijs, mutatis nominibus, aut Russi, aut Poloni, aut Bohœmi, aut Dalmate iā dicerent. V.

Wādalorum  
origo.

Tuisconis  
filij.

Tarrari in  
Sarmatia.

Wandali in  
magna Ger  
mania.

Nterim Wādali ex Bohœmis & Slesia ac uicinis regionib⁹ profecti, Histriam, Dalmatiā, Bosnam, Croaciā, Stiria, Russiā, impleuere prouincias, que tum nominā distinctio non erat, sed postea emersit. Vno autē tum nomine Sclavi dicebant, & omnis prouincia ex illis

Wādalorum  
migratio.

LIBRI II. CA. V. ET VI.

Carentanea.

Initio Sclauonia abolito uero & antiquissimo nomine Wādalorꝝ. Nec tñ  
quieti his, puincis cōsederunt. Carētania pars est Dalmatiae regionis, quā  
corrupto (ut sit) nomine, hodie Carinthiam uocāt. In eam Arnefrites, Lu  
pi ducis Longobardorꝝ, filius, paterna ditione pulsus, ex Italia se cōtulit:  
auxilia rogans ad recuperandum Forumiulij: nec frustra implorauit. Nā  
manum inde non contemnēdam secū traxit in Italiā: qua Arnefrites adu  
lescens Foroiulianos fines improuisus irrupit: Improuidus & ipse, inexplo  
ratis hostium apparatibus, & cum iam Nemaso admouisset castra, opido  
munitissimꝝ, eruperūt ex insidijs, parati in preliū Longobardi. Caritanis  
ad subitū incursum territis, Arnefrites fugiēs, ocidi: Carentani dissipan  
tur. Ea re in prouinciam nunciata, publico cōsilio, bellū a gente Wādalo  
rum suscipitur: magna mole, ut uim & cladem suorꝝ Carētinorꝝ ulcisceren  
tur, expeditionem in Italiam faciunt. Sed is fuit apparatus regis Grimoal  
di, motus magnos presentientis, ut nihil tum proficerent. Quia uero gen  
tis huius usqꝝ quacqꝝ diffuse, prosequi historiam infinitum est: nec a me tan  
tum opere delumptum; uno preclaro cōmemorato, hui⁹ Wādalorꝝ por  
tionis facinore, ad alia que suscepī diuertar. Lōgo post eā memorī tem  
pore: cū iam Wādali aliquot s̄eculis in prouincijs, quas dixim⁹, coaliuissent:  
magno fuere Italie presidio. Prim⁹ Otto Romanum regebat Imperium,  
cum Saraceni in Italia ad Garganum montē consedissent: & ex eo loco  
proximisqꝝ Sipontino sinu magnam Italie partem uexare soliti: Indignum  
iudicantes Wādali (quos illi Sclauos dicere, tum & etiā nūc, cōsticuere)  
magnis agminib⁹ duxere in Saracenos, & fœliciter prosperati omni extur  
bant, prouincia: fuerūtqꝝ hi, qui sub Sueropilo rege Dalmatiae, amitēte Ha  
driano. II. Romano pōtifice fidē Christi accēpere.

CA. VI.

Wādali fu  
garūt Sarac  
enos ex Ita  
lia.

Burgundio  
nū regnum  
fundatum.

Drusus &  
Tiberius re  
pulerūt Wā  
dalos.

Riusquam ex peregrinatione domum repetam: quia omnium tes  
timonio scriptorum Burgundiones ex Wādalis prodierunt:  
eius gentis exortum procursumqꝝ usqꝝ in hodiernum, paucis libu  
it attingere: ut hac quoqꝝ parte, sua laude non fraudetur gēs Germanica  
Wādalorꝝ. Plenam aut̄ historiam polliceri non possum⁹, q̄ annales eorū  
non tenemus, quam habent ipsi in sua regione uberrimā, & Gallice, & La  
tine scriptam. Hęc ergo Burgūdionum Wādalorꝝ gens, regnum diu no  
bile in preclara Galliarum parte fundauit ac tenuit; nomine etiam nūc po  
tissimū permanente. Pliniū probatissimū authorem, prima frōte locamus,  
ad ferēdū super hac te testimonium. Genera inquit Germanorum quincqꝝ,  
Wādali, quorum pars Burgundiones: Varini, hoc satis nobis. Augusti  
quoqꝝ tēporibus (ut refert Cornel⁹ Tacit⁹) ea pars Wādalorū, quib⁹ Bur  
gundionibus etiam tum fuit nomen, ad octuaginta armatorꝝ milia ulterio  
res Reni ripas infederāt: quos Drusus & Tiberi⁹ C̄esares, post subactā in  
teriorē Germatiā in sedes proprias repulerunt, & extra urbes munitacqꝝ lo  
ca dissiparunt: a quibus uicatim habitandi ritibus (quos patrio gentis uo  
cabulo burgos appellant) eos Burgundiones fuisse appellatos tradit Oros  
sius. Sub imperatore aut̄ Valentiniiano, ad burgos in rīpa Reni redicrunt,  
ibiqꝝ reuerētia tanti Imperatoris eos cohībuit. Sed sub Honorio iam sum

pta audacia, Renū trāsierunt. Erant autē in eorū cōmilitio tum Alani; Sueos autē, & in Eduis, & circum ea loca repertos, in suā aduersus Romanos societatē faciliter traxerunt. Fuisse autē tradunt ab aliquib<sup>o</sup> trecēta: ab alijs quadringēta armator<sup>o</sup> milia, que uxores filiosq<sup>b</sup>, non minorē mortalium numerum, secum duxere. Erāt autē tum in Gallijs Franci Germani. Eos autē primus Romanor<sup>o</sup> ducum domuit in patria (olim Francia, nūc gallis, uerū nomen surripientib<sup>o</sup> Frāconia) Constantius Magni Cōstantini filius; Eademq<sup>b</sup> tunc accepta clades effecit, ut usq<sup>b</sup> ad tempora Archadij & Honori Imperator<sup>o</sup>, fuerint in sua patria quietissimi: Sed eorundem Imperator<sup>o</sup> anno. VII. mutandi soli & melioris querēdi gratia, patrijs sedib<sup>o</sup> relictis, Renū trāsimiserūt: & apud Treuiros, Matricorēses, qui & Metēses, & Leucos, qui & Tullēses, Veredunēsesq<sup>b</sup> cōsederant: quos, Suēuis ob uetusas simultates instigantib<sup>o</sup>, Wandali Burgundiones & Alani Renū per uim & arma retransire & in Franconiā se recipere cōpulerunt. Quib<sup>o</sup> ultra Regnum retropulsis, Wandali, Alani & Suēui, ad diripiēdas uastādasq<sup>b</sup> Gallias, sunt profecti. Burgundiones autē Wandalor<sup>o</sup> pars, qui tamdiu in Burgis ad Renū cōsederāt, a gentibus suis, uolentib<sup>o</sup>, sunt separati. Eorū tñ societate freti, Renū transierūt: alijs ultra tendentib<sup>o</sup> sedes ipsi capere cōstituerunt: easq<sup>b</sup> delegerūt apud Eduos, Vesontios, Lingonas, Cabilonēses & Matisconēses: In quibus proximisq<sup>b</sup> ciuitatib<sup>o</sup>, ad hēc usq<sup>b</sup> tēpora, mansere ut ipsis in locis pars regionis, que pri<sup>o</sup> Gallia Belgica fuit dicta, annos iam supra mille Burgūdia nominetur. Non suscepī exinde gētis prēclaras res stilo celebrare: cōtent<sup>o</sup> principū & regū successiones ad nostra tēpora deducere, q<sup>b</sup> apud eā gentē plenissima de reb<sup>o</sup> gestis tenet historia. VII.

Nnus erat post natū Christū, CCCCXV, cum Burgundiones Wandali Galliam Belgicam apprehenderunt, sedes in suas habiti. Creauerāt autē sibi ex suis regem Gondochium, qui strenue rem administrabat: cēsis in prouincia Romanis omnibus, qui sibi aut fugia aut latibulis non cōsuluerunt. Nullū tum ab Imperatore Honorio aut ab uniuersa Italia presidiū speraba: q<sup>b</sup> Gothi in Italia, capta urbe Roma grassarent. Galliar<sup>o</sup> uero pars maxima, preter eam, quam Burgundiones Wandali apprehenderant, a ceteris eius nationis hominib<sup>o</sup>, quibus Suēui & Alani bello socij erant, uastabatur. Honori<sup>o</sup> autē, ut exoneraret Italiam Gothis, permisit illis Gallias, iam ab exteris nationib<sup>o</sup> inseffas: ut in se uerē nationes gentium, mutuis se uulnerib<sup>o</sup> attererent, & lucro Romani Imperij, in se mutuū ferrū acuerunt. Prosperatū est autē hoc Imperatoris consilium. Nam Gothi duce Aſtaulpho Gallias ingressi, Burgundiones quidem intactos preterierunt, q<sup>b</sup> iam fixis munitionib<sup>o</sup> sedes sibi firmauerāt: non facile expugnabiles. In ceteros autē Wādalos cum Suēuis & Alanis socijs cōuersi, eos Gallijs cedere, & in Hispanias transire perpulerunt: quod suis locis in Gothia & in hac superius Wandalia ostendim<sup>o</sup>. Sed, qd huic loco proprium est, Burgundiones acceptis sedibus sacram Christi religionem pro magna sunt parte amplexati; unde etiā ad Frācos, postea Germanicam gentē, in eisdem Gallijs regnū nobile proxmis annis fundātem, per

Vxores & filij in castris.

Frācones in Gallias.

Redeunt in patriam.

Wādalos nūc in Gallijs.

Gōdochius Rex.

Suēui & Alanis socij in Wandalijs.

Wādalos & socij in Hispanias.

Gondiacus  
Rex moritur

uenit: quod suo loco docebitur. Lupicin<sup>9</sup> tante pietatis minister & apostolus gentis memoratur. Gondiacus autem primus, quem diximus Burgundionum rex, rebus per omne regnum cōpositis, in pace quieuit, cum annis circiter usq[ue] gintonatuor, regno presuisset. Alij tradunt illum prius ab Ecio Romano, patritio uictum, ad Romana federa esse protractum: inde ab Hunis oppressum. Certum est tamen, in magna illa pugna Ecij in Attilam, Burgundiones fuisse, in parte Ecij uictrice, non mediocrem sibi gloriā ex eo prelio, & Romanę ditioni prēcipuā fidem impleuisse.

CA. VIII.

Gondiaci  
filij.

Ondebaldus & Godesilus filii fuere Gondiaci; qui paternā ditione hereditario sibi iure uēdicarēt. Sed qm̄ nō ex equis partibus diuiserūt: maiores & duplas partes sibi uendicāte Gōdebaldo, fraternam ea res emulationē & similitatem, plusq[ue] ciuilem excitauit. Tertius erat frater Chilbertus, uir tranquilli animi: nec sic tñ fratrī Godebaldi gratiam promeritus. Nam regni auditus occupādi, fratres de medio tollere cōstituit. Idq[ue] agressus, primum in Childeperū peregit. Nam eū nihil tale a germano metuentem, oppressit, & crudeliter extinxit: uxorem eius ligato in collum saxo, in profluentem abiēcit: duos filios gladio peregit: totidem filias amici subduxere morti: quarum natu maior Sedeolenta Christo se deuouit. Iunior aut Clotidis, ad nuptias Francorum regis Clodouei peruenit: mulier animo & corpore egregia: que uirum suū Christo lucrata ex infideli perfecit ut fidelis fieret. Gōdesilus frater, uidens Childeberti crudelē exitum ab germano, ueritus exemplum similis crudelitatis ad Francos nouam tum in Gallijs gentem, e Germania profugit: cui iam Clodoue<sup>9</sup>, post patrē Merouenū, regnabat. Exceptus est aut perbenigne. q[uod] rex ille, ut diximus, neptē eius Clotildim cōiugem teneret. Rex uero & uxoris instantia, primum Christo credidit, cum magno prelio ab Alemanis urgeret, uotum emisit, si uictoria dei, quem Clotildis coleret, auxilio assequeret: eius se in reliquum tēpus futurū cultorē. Vicit, & credidit, baptisatusq[ue] est ab Remigio Remorū antistite. Cum autē uxor illi patris & matris indignam ab Godebaldo necem ſepe ante oculos querelis reuocaret, Godesilus quoq[ue] fratrī accusator accederet: simul Burgundionū inhians regno, facile in sententiā trahitur Clodoueus, ut bellū fuscipiat in regē Burgundionū. Non segnis illi Godebalduſ, iam praeficius futuri motus, illi paratus occurrit: sed cōmissio prelio, Francis par esse non potuit, q[uod] multi in sua gēte illū destitueret, fratrem sequuti. Itaq[ue] uictus profugit: sed tñ in regis Francorum manus peruenit: unde se multo auro, quo diues abundabat, redemit: paetus annua Francis dare tributa. Quibus inter se firmatis, Francis reliquo satis ualido ad frenandū impetuū presidio, sub manu Godesili, in regnum reuertit. Sed ubi absuere Franci, Godebalduſ promissi oblitus, regnum pulso presidio recuperat: tributa recusat: uicinā urbem, in qua frater cum presidio cōfederat, occupat: fratrē extinguuit: uxore cum liberis incendio absumit: & Francis iam alteri bello implicitis, regnum suum Burgundiæ, per Wandalos, ut supra memorauimus, fundatum, in pristinā reducit, excusso iugo, libertatem.

CA. VIII.

Cedes frat-  
terna.

Sed uita in  
fœmillas.

Rex Frācie  
fir Christi  
anūs.

Godebalduſ  
uictus.

Tributarīus  
Godebalduſ

Godebalduſ  
rebellat.

Vnde 28

Onemigil  
Igilm  
pcer  
gioni  
impuer, mel  
ut erga ecc  
freques pe  
um, hacte mag  
ireg Christ  
ultrabat: prin  
mitates, qd ac  
og filia Theo  
Sigeric: qua r  
ntu puer, q  
ngemim? Sti  
uerus, pluq[ue]  
bris spōre del  
Thebeor: n  
er in Christ  
de monasteri  
mifris omni  
qua paternā ac  
ut eius excep  
uo quatuor p  
uina fili⁹, m  
gladus illi, u  
uilla fortuna F  
ibus, ac iejun  
habitu, Frā  
clatos, regē fu  
bitu regulari: t  
Clodomiruſ o  
un precipitari  
duntur tumultu  
tago prodem  
Vndi  
g onem  
Clod  
miti. Tanto a  
lante pugnā  
lere rege, fort  
sequi, terrā u  
dēmī. Ita per  
pifanguinis.  
efflors pollu

CA. VIII.

LIBRI II. CA. VIII. ET X.

**S**i gismūdus & Gūdibarus, illi superstites fuere filij, patris regnū pcerū uolūtate suscipiētes, in fide Christi eruditī, & sacrī ei⁹ reli gionis initiati. Imprimis Sigismūdus Christo deuotus: Illustris enim puer, melior adulescēs, cum adultā cōtigisset etatē, tāta illi incessit de uotio erga ecclesias, aut sanctorē limina: ut dies ac noctes, uigilij atq; ieui nijs, frequēs perageret. Patre aut̄ rebus humanis exēpto, gens Burgūdīum, licet magna ex partē gētilitatis adhuc sorderet errore, in Sigismūdū tñ regē Christianū cōsenfere. Républicā sollicite, prudēter, fortiter adini nistrabat: principali semp oculo, ad īmortale dei regnū respexit: nihil intermitteſ, qđ ad dei gloriā, & ad ecclesiārē honorē p̄tinoret. Sortit⁹ est cō iugē, filiā Theod. Gothorē regis, in Italia tum florētis: ex qua filiū sustulit Sigericū: qua reb⁹ humanis exēpta, aliā supduxit, nouercali odio insectā tem eū puerū, quē ex prima cōiuge rex sustulit: p̄fecitq; ut pater alias uir ītegerrim⁹, stimulis actus uxoris, filiū suū iuberet occidi. Sed ille ad cor cōuersus, plusq; dici potest indolēs, emēdādi criminis gratia, multū sibi laboris spōte desump̄lit: p̄cipua religione excolēs locū Agaunū: ubi sancta Thebeorē militū corpora, pro Christo trucidata, quiescunt: cunq; illis partē in Christi regno habere desyderās, magnis sumptibus, tēplū primo inde monasteriū erexit in loco: choros dei laudē assidue canētiū, instituēs ministris omnia, p̄spexit ad uictū necessaria. Clotildis aut̄ Frācie regina, quia paternā ac maternā necē Clodoueus marit⁹ ad plenū nō uindicauit, post eius excessum, atq; Gūdebaldi mortē, ad filios cōuersa, quos Clodo ueo quatuor peperit; ultionē in Burgūdos efflagitauit. Clodomirus maior natu fili⁹, matris querimonijs incit⁹, bellū suscoepit in Burgundos: Si gismūdus illi, ut poterat, occurrit. Magnis utrinq; uirib⁹ pugnatū est, sed cessit fortuna Franco. Sigismūdus elabit⁹, & in solitudinē se cōfert, oratio nibus, ac ieunijs intentus: & ne agnosceret, monachali tonsura deformat⁹ & habitu. Frāc⁹ interim rex Burgūdiā accœpit: Burgūdiones iam sibi cō ciliatos, regē suū perquisitū, iubet adducere: qui inuenere latitantē, sub habitu regulari, tradūt hosti in man⁹: polliciti prius eum in tuta perducere. Clodomirus optimū regem Sigismundū, iubet cū filijs, & cōiuge in pute um p̄cipitari: Inde post trienniū extracti, diui Mauricij monasterio reduntur tumulati. Ipse rex miraculis clarescēs, assribi meruit sanctorē catalogo prodentibus signis.

CA. X.

**G**undibarus frater regno succedit, ac regi Francorē statim rebelli gōnem ostēdit, defensur⁹ regnū & patriā libertatē. Dicit in eum Clodomirus agmine magno; nec impiger Burgūdīo ueniēti occurrit. Tanto ardore coepita est pugna, ut ante alios elatus Francorum rex fortiter pugnās, imprimis caderet. Ea tñ fuit Frācorē cōstantia, ut amissō licet rege, fortiter in pugna perstabant: Burgūdionesq; egerūt infugā: sequuti, terrā uastabāt, uicos incēdebāt: & spolijs opimis dītati, in sua redierūt. Ita peracta est uindicta de parētib⁹ Clotildis: nō line impēdio proprij sanguinis. Pene excidit institutū: ut cōtra animi propositū, regū suc cessiones pollicitus, rerū in gēte magnarē texere instarē annales: sat fuerit d. ij

Sigismūd⁹  
bonus rex  
Burgundis.

Nouercale  
odiū perni  
ciōsum.

Agaunum.

Vincitur Si  
gismūdus.

Sigismūdus  
cū uxore &  
filijs necatur

Gundibar⁹  
rex rebellat  
Francis.

Rex Frācorē  
bello cadit.

Laus regi  
Burgundie.

Rodulph⁹ ec-  
clesiā Colos-  
niæ fundat.

Vesontium  
metropolis.

Maleficium

Dicitur ec-  
clesiā Reni.

Rodulphus  
qui contra  
Berengariū.

Lancea do-  
minica.

Burgundia  
fuit ducatus.

initia regni retigisse. Illud tñ adiiciendū, quātū in ea gēte semper religio, & diuini cultus amor floruerit. Nam Trophini⁹ rex ecclesiā in Auinione fundatā cum circūiacente agro, sedi tradidit apostolice. Gūtram⁹ rex fundauit Gimniacū, a quo priorat⁹ Cluniacēsis exiuit. Gūtramus alter apud Cabilonē fundauit ecclesiā sancti Marcelli papæ. Iohānes rex in Lugdu-  
no fundauit ecclesiā cathedralē. Stephan⁹ rex, ecclesiā sancti Stephani: qđ illi cognominis esset, instruxit regularē. Dioc⁹ rex fundauit Rezelai. Fu-  
erunt deinde duo reges Sigismūdi, post primū, & secundū, tertī⁹, & quar-  
tus: qui multas ecclesias erexerūt. Sed & Rodulph⁹ rex cathedralē ecclē-  
siām apud Coloniam supra Renū fundauit. deinde apud Moguntiā, Stra-  
zeburgū (nūc uocat Argentinā) deditqz maiorē partē ditionis sive sacro  
Romano Imperio: cum iam Cōradus. II. illi preeffet, paulū supra millesi-  
mum a Christo annū: unde usqz hodie perseverat illa Imperialis Burgun-  
dia, quem comitatū dixere, in quo Vesontiū metropolis: cuius turbis me-  
moria a primo Caio Cæfare perseverat. Ducalis autē Burgundia cum &  
illa traderetur Imperio per eūdem Rodulphū, postea reuertitur ad regni  
Frācię coronam cui etiam hodie paret.

## CA. XI.

Vnc regē ferunt per germanā sororē, que regina esset Frācię, uel  
maleficijs implicitū, uel alijs uijs, ne gigneret, emasculatū: Id cū  
compertū haberet, odio Franci regis, Imperio se subiecit, & ecclē-  
sias Reni, quo Francis repagulū essent, ne in Germaniā irrumperet. Ger-  
manicqz presidio semper essent, locūpletauit. Inde ille Trāfrenanę Germa-  
nis opes: Inde Treuerensis, que tota est in Gallicis finib⁹ opulentia. Habu-  
it deinde domus Burgūdię pr̄ter Sigismūdū. I. de quo diximus, & alios  
nōnullos catalogo Sāctorę affscriptos: nam sanct⁹ Claudi⁹, Burgūdię co-  
mes, archiepiscopus erat Vesontin⁹. Sancta Leonella, filia regis Burgun-  
dię, ducissa fuit Lingonēsis, soror patris sancti Symphoriani. Clotildis re-  
gina his antumeraret, si non cruēta patrię bella cōcitasset, primū per mari-  
cum Clodqueū, deinde per filiū Clodomirū, in quo periret sanct⁹ Sigismū-  
dus: & deinde ipse superim p̄fus erat Clodomir⁹. Ex hoc autē ordine re-  
gum fuit & ille Rodulphus, quē Itali cōtra Berengariū inuocauere: qui,  
cum Italie regnū cū filio tenuisset, redijt post aliquāta tempora in suā pro-  
uinciā: perfidiā detestat⁹ Italice gētis. Hic est ille Rodulph⁹, qui ad primi  
Hērici Rō, regis tēpora pertinet: a quo idē Henric⁹ lanceā dominicā ma-  
gno munere p̄meruit: Insigne dec⁹ Rō, Imperij: cui⁹ nō cōtemnēda pars  
nūc Nurēberge, precipua urbe seruat. Huic filia erat unica Iohanna: quā  
Otto Morauię marchio palatin⁹ comes duxit uxorē. Hic filiā reliquit Al-  
heidan, comitissam Burgūdię Matiscouię Viēnę. Eā accēpit uxorē Iohā-  
nes de Cabilone, comes Salinēsis, & princeps Arragonie. Interim rebellā-  
tibus Burgūdis, de regno Rodulphi actū est, ut ad ducatū reduceret: &  
Odo Čāpanēsis, frater Roberti Frācię regis, filius Hugonis, primus dux  
Burgūdię fuit, anno Christi, MCLXXXI. Hic filiā reliquit Agnetem  
Frācię reginā. Successit patri fili⁹ Odo, secūdus dux Burgūdię: qui genu-  
it Iohānā, & Endonē: Iohāna facta est Frācię regina; Endo patri successit

LIBRI II. CA. XI. ET XII.

In ducatu Burgūdię: qui filiū habuit Philippū: sed is ad successione non puenit, uulnerat in prelio Pictauiensī bello. Reliquit autē parvulū filiū sibi equiuocū: qui auo successit tam in Burgūdię ducatu, q̄ Aluernie comitatū, & Bolonie. Iohāna regina de stirpe Burgundionū, nupta Philippo Lōgo, Frācorę regi: peperit ei tres filias, quarę prima fuit ducissa Burgundię: Altera comitissa Marchię: Tertia comitissa Flādrię, sucta Ludouico comiti, qui apud Tressiacū occubuit. Cui fili⁹ Ludouic⁹, quę illa peperit, successit in Flādrię: & iure materno fuit comes Artesię, & Burgūdię, cum ex alijs sororib⁹ propinquior h̄eres non extaret. Hic ergo nouissim⁹ Ludouicus, cognomēto de Malen, is enim erat loc⁹ nativitatis sue, non lōge Brugis, solā filiā reliquit heredē: quā, ut incōuulta maneret dominia, Philippus iuuenis dux Burgūdię, de quo dixim⁹, cōcepit uxore: quo intra metas adulescētię deficiēt, Iohānes rex Frācorę, ducatū Burgundię ad se reuolutū, dedit Philippo filio suo iuniori: qui relictā spōsam Philippi iunioris ducis duxit intactā: & pinde Burgudię cōiūxit Flādrię, Artesię, Bolonię, comitatibus: Nam ille ditiones erāt sponsalicie, dotis nomine uenientes ad Philippū, per filiā unicā comitis Flādrię Ludouici.

XII.

Hilippus, cognomēto Le hardi, regis Frācie fili⁹, dux Burgūdię qui primus tot ditiones cūmulauit: tres filios, & totidē filias, ex uxore, comitis Flādrię filia, suscepit Iohānē Philippi, quem proutute cognominauere bonū, usq; ad etatē nostrā pertingētis, patrē: Anthoniū ducē Brabātię, & Limburgi, Philippū ducē Niuernię: que omnia dominia partim in Iohānem, partim in Philippū eius filiū, confluxere: ut omniū principū titulatissimus fieret Philippus, qui Karolū filiū reliquit, ducē Burgūdię, etate nostra inuictissimū: qui etiā ueterū laborē & industriā, & bellicā gloriā, etati nostre retulit. Operēpriciū iudicauit paulisper his rebus, que etatē nostrā proprius attingūt, immorari: q̄ & illustrem habent memoriā, & ad nostra tēpora non parū momēti. Iohānes Burgūdię dux, cū rex Frācie Karolus VI. & corporis aduersa ualetudine, & mētis alienatione laboraret, administrādi sibi regni potestatē non putauit deserendā: q̄ auū numeraret paternū regē Frācie: obstitit Ludouic⁹ Aureliañ dux: uir armis & prudētia cōspicu⁹ singulari: q̄ eodē gradu coronā respiceret. Igit̄ grauissima, ince duces memoratos, orit̄ simultas, quanta sollet de regni consortio & emulatione fieri: diuersi, quisq; in suā partem rem administrabāt. Et cum ferueret bellū Anglicorę, nō uno animo utricq; bellum gerebat. Rex cōciliādi gratia duces ad se uocat Parisiū. Venerāt; sed Ludouicus dux uesperi, cum ab puerpera regina, quā salutasset, domū res peteret, in ipso itinere mactāt: amputata prius dextera, quā iectui pretendērat. Turbati omnes qui assuere principes, de tanti nece uiri. Iubēt inquiri de cesoribus. Inuenit q̄ domū Burgūdię petiſſent: & cum in cōcilio res presente Iohāne Burgūdię duce ageret: expalluisse est āriotat⁹: & ab amicis clam admonitus, cōscientiam criminis uisus ostendere, qua de rē uelut ualetudinis causa, concilio egreditur, uelocissimo iumento impositus, non prius cursum frenauit, q̄ Atrebatiū ciuitatē suā attingeret. Iam cunctis in-

Ludouicus  
comes Flādrię.

Deuolutio  
ducat⁹ Bur  
gundię.

Philippus  
dux Burgū  
dię.

Titulatissi  
m⁹ princeps.

Karolus VI.  
mēte capt⁹.

Orit̄ simul  
tas magna.

Mactāt dux  
Aureliani.

Io dux Bur  
gūdię fugit.

# LIBRI II. CA. XIII. ET XIV.

Oritur bellū

Delphin⁹ si  
mulator.

Dux Burgū  
diē fascinā.

Dux auisat  
de dolo.

Dux necat.

Trucidatur  
proditor.

Philippus  
uindex pa-  
ternæ necis.

Fraternitas  
aurei uelleris

notuit, Burgundum cædis authorem. Igitur criminis disseminari iussit, & prædicari Parisius, de maleficio Ludouici, de perfidia in regē, de multipli- ci adulterio. Res in apertū bellū processit: aliquot leuia prelia cōmittuntur. Burgundus Anglicis adheret: q̄ tota illi domus Francie uideret aduersari; laceratur inter manus regnum.

C A. XIII.

Elphinus (sic enim uocant regis primogenitū) simulat abolitio- nem cedis: Burgundo palā properat cōciliari: q̄ tēpus illud mi- nime propter Anglicos pateretur regni dissidiū. Submittit qui suadeat Iohāni duci colloquiū, de reb⁹ gerēdis cum Delphino: nihil apud Delphinū residere indignationis: esse infensum Aurelianēsi parti: Burgū di fauore captare. Huiuscemodi uerbis peruincūt, ut Iohānes se fidei per- mittat Delphini: suasus potissimū cuiusdam, cui maxime fidebat, uerbis. Monstreoli opido & arcī nomē est, in quo indicitur conuentus principiū, ut de integro inter Delphinū & Iohānē fiat cōciliatio. Procedit dux cum non cōtemnēda suo rū manu. Obuiū habuit ex Delphini cōsilio hominē amicissimū, qui saluū deduceret. Premisit tñ Iohānes in opidū, qui rumo- res exciperet, subaucultaretq; quid ageret. Persensere illi non omnia esse pacata, subesse insidias: itaq; duci suo occurrit: hortantes, sibi prospiciat: uereri se exitus non bonos: latere, incertū quid, insidiarū. Motus dux, re- stitit. Tum is, qui obtiā prodibat, amicus: Nihil, inquit, te moueat, tutā esse omnia cōfide: me respice. Cui dux: Ego, inquit, tibi propemodū fidē habeo: sed tu uide quibus cōfidas, ne forte meū fallaris. Tum ille: Vana est trepidatio: Ego uitam tibi meam, pro tuo periculo paciscor. Credidit dux, & cum procedente procedit, bos ad uictimā. In arcem, ponte utrinq; sublitio, transitur. Vix introierat: & sublatum utroq; latere uiderat pon- tem. Conuenerat, ut decimus uterq; in consilio esset: reliquam multitudi- nem dux in opido iussit mansitare. Iungitur ex latere duci, qui ei occurre- rat. Vbi uenere in conspectum Delphini, dux ex more gentis, regio iuu- ni inclinabat, pene ad genua uolutus: Vbi assurgere conatur: qui proxim- mus astiterat, gladio caput assurgentis magno uulnere findit: e suis qui- dam intercurrerat. Vbi uidit distringi gladium, proditorem domino suo incumbentem pariter trucidabat. Ita fide uiolata perīt, qui ante se perire fecit Aurelianum. Ad famam rei, uix elabuntur ducales, aliquot cæsis, nonnullis etiam captis.

C A. XIV.

Hilippus Iohānis filius, acrem paternę necis ultionē parabat: An- glis födere cōiunct⁹: eamq; uaſtitatē regno induxit, quę hodie cernitur. Per pulit magno bello: ut post aliquot annos, ad ei⁹ nu- tum rex illi satisſaceret: alias illi terras in perpetuū, alias ad tēpus pmitēs: ēre etiā magno pſoluto: tot ecclias ac monasteria rex cōstrueret. & quidē dñia accœpit: quę etiā Karolo filio reliquit: de alijs sunt continuata bella. Hic Philipp⁹, reb⁹ demū cōſtitutis, omniū ducū clarissim⁹ & ditissim⁹ euā sit: fraternitatē cōſtituit aurei uelleris, in quā principes, multos comites & barones acciuit, hodieq; in ei⁹ posteritate cōtinuatā. Rex nūc Ro. Philip pi p̄, in ea primatū tenet, Karol⁹ Philippi fili⁹ in omnib⁹ ditiōib⁹ succedit

## LIBRI II. CA. XIII. ET XV.

nostri qui maximū decus, incōparabilis animi ac roboris inuicti: qui Burgundos suos ita armis instruxit, utribus exercuit, ut inuicti haberentur a Francis: ausus Ludouico Francie regi, Karoli VII. filio, aciem opponere: cum adhuc ageret sub parēte: cruentissimo cum illo cōflicxit prelio ad monem Harri. Pares regni in societate belli contraxit: regē Parisijs conclusit: quod cuncta non ex arbitrio p̄oriū, sed ad proprię frōtis in regno impetū constitueret. Inuenit causas quicq; suas, quas regi opponeret. Sed tum exit⁹ is erat, ut rex diuīsis paribus, pene singulos postea armis, aut insidijs, aut consilio perderet: Karolo etiā suū creditur exitū procurasse. Interea Karolus dux Burgundie, uictoria signa circūtulit: Dinantū prēclarę opidū euerit: Leodiū oppugnauit, & expugnauit: multis in eo milib⁹ perditis, ad Nussiam anno pene integro obsidionē tenuit: multis ac magnis oppugnationibus infestauit: Romanorę Imperator Fridericus totius Imperij uiribus occurrat: sed res tractatibus, non armis, dirimitur. Is fuit exitius, ut unicā filiam suā Karolus dux cum desponderet Maximiliario Imperatoris filio. Ex hoc bello Lotharingicum illi fatale suscepit: multa cœpit opida: terras uastauit: prelia multa gessit: sed magna Suitensiū liga illi se obiēcit: instituta pugna ad Nanseiū opidū illi fuit nouissima. ibi uict⁹ in fuga cedit: Nanseio tumultatur: diu a suis uiuere creditus, & peregrinari: sed inter mortuos remansit.

CA. XV.

Aroli unica filia Maria, Friderici Imperatoris filio Maximiliano despōsata nubit: administrationē terrarę dotaliū ille subit: rex Francie Ludouic⁹ Burgundiā ad se uerū dñm reuolutā, occupat: Maximilianus reluctatur. Picardiam quā tenebat Karolus Burgundus cum Artesia, idē Frācūs inuadit: Maximilian⁹ defendit. Sed priusq; ille administrationē acciperet. Flandria a uicinis Gallis laborabat. Cōstituit a Maria capitane⁹ bello Adolphus dux Gelrie: quē Karolus Burgūdus, capto eius ducatu, uinctū tenebat. Egreditur armatus in hostes: apud Tornacū prima congressione cadit: dum Flandrēsibus prospicere conat⁹. Inde Maximilianus iam Marie iūctus, cum administraret: postq; illa gentiū primo genitū suū Philippū: quis acerrimū bellum gereret, noluerūt illum Flandenses diuti⁹ rebūs preeſſe: qđiu tñ superesset Maria, patientiam quale cūq; prestabant. Illa uero ubi Margaretā filiā enixa est, & filiū aliū Franciscum, qu mox excessit, & ipsa concessit in fata. Tum uero erigūtur Flandenses in Maximilianum: Brabātinos quosdā habuere cōsortes: sed illos preuenit: ut in fide cōtineret. Intestinū oritur bellū duci Maximiliano: sed ille domuit tumultantes: ut malo suo edocti, paterent patrē filio preeſſe. Qui uere aliquādiu: sed qm bella in Gallos pro defensione terrarę filiū suscepit, infinitos illa sumptus depositebant. Exhaustos se questi sunt Flandenses, filiū patri abstraxerūt: filiā, reclamante patre, Karolo Francorę regi despondebant: dotem dixere terras, de quibus bella gerebant. Coegit tñ Maximilianus dux armis rebelles, ut filiū redderent: & legitimā patri tutelā permitteret, filiam uero iam tenebat Frācūs. Deinde ex alijs quoq; causis noua bella consurgūt: de quibus pauca cōtingemus.

XVI.

Prēlūm ad  
mōtē Harti

Dinantum  
Leodium  
Nussia.

Pax per mā  
trimonium:

Mors Karo  
li Ducis.

Mutatio sā  
t⁹ Burgūdīs

Adolphus  
Dux Gelrie  
cadit.

Rebellios.

Fili⁹ alienā  
tur a patre.

Bella ppter  
monetā.

Maximilius  
nus detentus

Vterq; gladi  
us in Fland  
renses.

Arc Slusis.

Dam opis  
duluma.

Matrimonis  
um duplex.

Philippus  
Dux.

Titulus Bur  
gundie.

Burgundi  
Wandalis.

Cō cursatio  
gentium.

Am auctus dignitate Romanorū rex erat Maximilianus: & per oc

I casionē in Flandria constitutus monete noua bella cōsurgūt: Ade rat ubiq; motibus obuiaturus rex: uenit Bruggas armatus: Fran

cis se ex proximo obiecturus: ibi malo ciuiū consilio includit: obseruatus arctissime in libera custodia. Erant qui dedendū putarēt regi Frācorū: sed Bruggenses restitere. Interim Imperator immisit arma Flandrię: iterū igni ferroc; uaſtatur terra. Bruggenses in ſuos cōciues crudeli gladio ſequiebāt: quos malorū cauſam ſunt arbitratī. Perierūt multi innocētes uiri. Papa ac

Imperator quiſq; ſuū gladiū in cōtumaces Flandrēſes exercebat. Rex in teriū Romanorū pactionibus interpositis, ac impunitate iurata, datis etiā

fideiūſoribus dimittit. Sed neq; ſic res quieuerāt: nobilibus uindictā ex

ercētibus in eos, qui regē in honesto more incluſerūt. Ibi Philippus de Ra

uenſten, ex domo Clivēſiū, qui haſten⁹ fidelissime regi militabat: cū uide

ret fidem iuratā ab exteris, non impleri, pro qua ipſe interuenit: iūxit ſe Flā

drenſibus: & in arce Slusis, que portū haberet apertissimū, ſeſe cōmuniuit:

Bruggēſes, & reliquā Flādriā immiſſis frugib; alens. Sed cū Albert⁹ dux

Saxonię opidulū Dam occupaſſet, interclusus erat a mari Bruggensiſbus

adīſis. Tum uero fame acri laboratū eſt Bruggis: neceſſitas ſubire adēgit

conditiones qualeſcūq;: quas idem Albertus dux Saxonię cum memorā

to Philippo pepigerūt. Interim Philippus Maximiliani regis filius, Karo

li Burgundi ex filia nepos, cum aduleſceret: filiā Fernandi Hispaniarū re

gis, coniugē acccepit: Margaretā uero filiam, quam ad ea tempora Karo

lus Francię rex impūberē tenebat: cum filiā ducis Britannię, dudū Maxi

miliano regi desponsatā, ſatis rapuſſet, nullo obſtantē publicā honestatis

impedimentō, remiſit in Flandriam: eam uero idem Fernādus rex, filio ſuo

coniugē acccepit: facta uicissim puellarū quaſi quadā permutatione. Rex

Hispaniarū iuuenis, non diu ſupererat: Margaretā diu mansit uidea in re

gno. Philippus iam Brabātię, Limburgi, Lutzenburgi, Burgūdięq; dux:

cum conthorali ſua prolē excitauit. Interim ad Gallorū regē, mortuo Ka

rolo, Ludouicū, pridē Aurelianī ducem, pactiones interueniūt: ut Philip

pus, dimiſſo Burgundię ducatu, Arthesiam integrā recipiat. De titulo ad

huc ambigit: rege inficiante, debere illū duci, & illo nō omittente. Hic eſt

in hodiernū ſtatus Burgundię: cuius decurſum paucis annotandū putauit

huic operi: q̄ origo Burgundionū, ut oſtendim⁹, Wandalia eſt: quam ex

uetuſta obliuione, abſtersam, in lucē qualencūq;, reponere cōtendim⁹. Ea

uero in re quātū p̄ficerim⁹, alij iudicabūt. Excitādos em̄ putauit posteros:

ut tali acccepta cōmonitione, diligēti⁹ ipſi puestigēt, que deeffe nobis uide

bunt, ne patiant illustres patres eterna obliuione iacere ſepultos. XVII.

Via uero per ea tempora, que exequuti ſupra ſum⁹, attigimus an-

q; nos, ſcīlic& post natū Christū CCCC, & circiter plus minusue,

tanta fuit per Europā gentiū concursatio, facile rerum ſcriptores,

qui in nobis ſemper rari erant, cum Romanis & Gallis, cōmemoratiōe ma

gnarum rē, que per Italiā, Gallias, Hispanias, tum fuere, a Gothis, Hunis

Wandalis, Alanis, Suevis, Gepidis, abstracti; illisq; reb; impliciti, neglexe

Sunt interim, quæ ad mare Germanicū, ab eis regionis Wandali agerent;  
 Nec Saxo noster, in ea parte diligentior, qui & ipse multa suorum regum, &  
 tempora, & nomina, & res gestas transiliit. Vnde etiā iacturā passi Wandali,  
 qui per ea secula claruerūt, obliuione sunt sepulti. Sigibertus tñ Gallicus  
 cōmemorat Winulos (Sic enim corrupto uocabulo, Wandali, maxime a Gallis, mollicē lingue sequentibꝫ dicebant) regnāte iam Francis Da  
 goberto, circa sexingentesimū quadragesimū annū post natum Christum.  
 Hoc ergo tēpore, Winuli, qui tenerēt ea tēpestate, eam, quæ nunc est Mag  
 deburgensis & Halberstadensis, puincia, magno agmine ingressi Turin  
 giam tum Frācis parēt, uastauerūt: & omnia ferro & igni pessundēdē.  
 Sed cum Dagobertus expeditis copijs ad Renū usqꝫ decessisset, hostibus  
 obuiā iturus: Saxonēs ad eum mittūt oratū, ut tributo, quod patri filioqꝫ  
 haētenus peperidissent, leuarent (id erat quīngētorꝫ per annos singulos bo  
 um) si id a rege impetrarēt, suis se impēlis atqꝫ armis, facile Wandalos re  
 pulsuros. Vrebant indomitū populū ignominię magis q̄ tributorꝫ onus: cō  
 ditione admissa, pensum est remissum Saxonibus. Illi quotidianos hostes  
 aggrediunt Wandalos: & a Turingia repulso, in sua se recipere cōpellūt.  
 Non tum contemnēda uidebant Wādalorꝫ arma: quibꝫ tantū erat fidu  
 cie, ut potentissimū Frācie regē auderēt laceſſere. Sed hac breui cōmemo  
 ratione per transitū facta, libet alterius historici testimonio, latitudinē gen  
 tis, & magnitudinē nationis ostendere: quis enim in principio de antiqui  
 tate & magnitudine, ueterū testimonia induximus, non sunt cōtemnēdi re  
 centiores; adiuuāt enim fidē uacillantē: & adiuuātur ipsi, & emendantē ue  
 teribus collati. Helmoldus is est, cuius testimoniu aduocamus: sub Friderico.  
 I. nouelle ecclesiē Lubicēsi retexens Wādalie, quam ille ut ceteri, Sela  
 uiām uocat, latitudinē & antiquitatē. Sclauorꝫ, inquit, populi sunt habitā  
 tes in littore Baltici maris: sinus aut huius maris, ab oecidētali oceano, in  
 terposita Chersoneso, Cymbrica, quæ utrūqꝫ dirimit, orientē uersus porri  
 gitur: appellatus ideo Balticus, eo q̄ in modū baltei, longo tractu per Scy  
 thias regiones tendat usqꝫ in Grēciā. Hic patere ut bona uenia interfari  
 Helmolde liceat. Balteus ille qualis sit, non prorsus intelligo: nam q̄ mare  
 nostrū porriga in Grēciā non credo: nam descriptiones geographorꝫ &  
 cosmographorꝫ aliud docēt: & cōmeantiū contra te loquuntur testimonia:  
 nam ex Russia in Sueciā itinerare pedestri perueniūt: & ex Liuonia in Let  
 uaniā, & rursus Poloniā; nullū mare, ubi est ergo balteus in Grēciā? Bal  
 ticū aut mare dicitur, a Baltia peninsula: quæ tria continent aquilonis regna  
 Daniā, Sueciā, Norwagiā. testis est Plini⁹: qui suos introducit authores.  
 Non ergo a balteo, quē tu fingis, sed a Baltia peninsula appellat̄ mare Bal  
 ticū. prosequiſt nūc testis noster. Idēqꝫ mare Barbarū, seu pelagus Scythic  
 um appellat̄ a gētibus, quas alluit, barbaricis. Addo, appellatur & Ger  
 manicum, Sueicum, & Sarmaticū. Testis est Cornelius Tacitus, diligen  
 tiſſimus Germanię lustrator.

CA. XVIII.

**h** Oe mare, inquit Helmoldus, multe circūsedent gentes, atqꝫ natio  
 nes: Dani siquidē, & Sueones, quos Normānos uocamus, septen

Saxōnō ple  
ne scripsit.Winulorū  
sedes.Dagobert⁹  
¶ Saxonēs.Saxonibꝫ re  
mittitur uis  
butum.Helmoldus  
historicus.Author re  
bat Helmo  
ldum.Balticū ma  
re unde.Noia Baltic  
maris.

trionale litt<sup>o</sup>, & omnes in eo continent insulas; at litt<sup>o</sup> australe Sclauor<sup>e</sup> in-  
 colunt nationes: quor<sup>e</sup> ab oriēte primi sunt Russi: deinde Poloni, habētes  
 a septētrione Prussos: gentē moribus & lingua discrepantē: ab austro Bo-  
 hēmos, & qui dicunt Morahi, nunc Moraui: inde Carinthi, atq<sup>e</sup> Sorabi,  
 q<sup>e</sup> si adieceris Vngariā in partē Sclauonie, ut quidā uolunt, quia nec habi-  
 tu nec lingua discrepat: eosq<sup>e</sup> latitudo Sclauicē lingue excrescit, ut pene  
 careat estimatione. Hęc sunt omnia Helmoldi: in quibus lector attēde, qd  
 de Vngaris ait, fidē non meretur: testātur enim omnes, lingua dispreare  
 Vngaros a Sclauis: Tenem<sup>o</sup> tēpora, pfectio[n]is Vngaror<sup>e</sup> ex Scythia sua.  
 Sclaui aut ab omni memoria suā regionē ad Sarmaticos cāpos tenuerunt,  
 nullā igit de Vngaris admittimus mentionē, cum de Wādalib[us] loquimur.  
 Prosequit̄ testis: Omnes inq̄t hę nationes præter Prussos, Christianitatis  
 titulo decorātur: diu enim est ex quo Russia credidit, Russia aut uocatur  
 a Danis Ostrogard, eo q̄ in oriēte posita, omnibus abundat bonis: ea etiā  
 Cunigard dicitur: eo q̄ ibi sedes Hunor<sup>e</sup> aliquā fuerit: huius metropolis ci-  
 uitatis est Chue: quibus aut doctoribus ad fidē uenerit minime cōpertū ha-  
 bem<sup>o</sup>: nisi q̄ in omnibus obseruatijs suis Gr̄ecos magis q̄ Latinos imitari  
 videat. Prussi necdū ea etate lumē fidei accœperūt: homines multis natu-  
 ralibus bonis prediti: humanissimi erga necessitatē patiētes: qui etiā obui-  
 am tendūt his, qui in mari periclitant, uel qui a pyratis infestant: ut eis sub-  
 ueniāt. Aurū & argētū pro minimo ducūt: pellibus abundāt peregrinis:  
 quar<sup>e</sup> odor, lociferū nostrō orbi superbię uenenū propinavit: & illi quidē  
 uti stercora hęc habēt: ad nostrā crēdo damnationē: qui ad marturinā ue-  
 stem anhelamus, quasi ad summā beatitudinē: itaq<sup>e</sup> pro laneis indumentis,  
 quos nos appellamus Faldones, illi offerūt tam preciosos marturos. Mu-  
 ta poterant dici de hoc populo laudabilia in moribus, si haberent solā fidē  
 Christi: cui<sup>o</sup> p[re]dicatores immaniter prosequūt[ur]. apud illos martyrio co-  
 ronatus est illustris Bohēmiae episcopus Adelbert<sup>o</sup>. Vsc̄z hodie profecto  
 inter illos cum omnia cetera cōmunia sint cum nostris, solus accessus luco-  
 rum & fontiū, quos autumāt pollui Christianor<sup>e</sup> accessu, prohibet, carnes  
 iumentor<sup>e</sup> illis pro cibo sunt: quor<sup>e</sup> lacte & cruore utūt[ur] in potu, ita ut inē  
 briari dicant, homines cerulei, facie rubra, & criniti: p[re]terea inaccessi pa-  
 ludibus, nullū inter se dñm patiunt. Vngaros trāseo: quorum aduentū in  
 has terras, quas Pannonias dixerūt ueteres, cōpertū habem<sup>o</sup>: solita mansio  
 exterar<sup>e</sup> nationū: ibi Gothi, Huni, Gepide: ibi Heruli, Longobardi, & ite-  
 rum Huni cōsedere: donec a Magno Karolo oppressi, sedes uenītib<sup>o</sup> Vna-  
 garis uacuefecere. Carinthi, pximi sunt Bauaris: homines diuino cultui de-  
 ditū: nec est ulla gens honestior, & in cultu Dei, & sacerdotum ueneratio  
 nē deuotior. •

CA. XVIII.

Rosequīt deinde testis noster: Bohēmia regē habet: & uiros bel-  
 licosos: plena est ecclesijs & religiōe diuina. Polonia magna Sclauorum  
 prouincia: cuius tertiu in Russiam regnū dicūt protēdere  
 terminū, diuidit in octo episcopat<sup>o</sup>; nūc ducibus gubernat. Seruit & ipsa,  
 sicut Bohēmia, sub tributo Imperatorię maiestati. Est aut Bohēmis atq<sup>e</sup>  
 Polonia habet octo episcopat<sup>o</sup>.

Polonis eadē  
 in bella uoca  
 crudelissimi:  
 q[ui]a alia ratio  
 habefat, qua  
 inde etiā cōtr  
 ita hostib[us], ol  
 de Bohemis  
 fuit Helmold  
 p[ro]p[ri]a u[er]a illor  
 illū nation  
 ante ortū suū:  
 idē de una la  
 dem accipiūt,  
 ambulūm S  
 u[er]o Wu inul  
 ip[er] ad Oder  
 ip[er] profundū  
 his fortuit pr  
 aratu; Albis  
 Soreb[us], medi  
 sim prouincia  
 in uerges in l  
 nos a Willis, I  
 gullima ciuit  
 emissile, ut E  
 modo Panis S  
 sp[irit]u habueru  
 menfortiat, no  
 g[ra]m Oderg in  
 manab illo fl  
 ueremuisse:  
 uo nofer anti  
 templa sunt te  
 uertas, inqu  
 barbaris & G  
 Scyli creditib  
 Vit[er]o  
 f[ac]tū quā  
 adue  
 fientatis titu  
 m[od]i urbis p  
 enillā ges h  
 annū nation

Polonis eadē armorū facies, & bellādi consuetudo: quoties enim ad exterritā bella uocant, fortes quidē sunt in congressu, sed in rapinis & mortibus crudelissimi: non monasterijs, non ecclesijs, minus cōmīterijs, parcūt. Sed nec alia ratione peregrinis bellis implicant, nisi cōditionibus admissis, ut substātie, quas sacrorū locorū tuitio cōprehēdit, direptionibus publicent: unde etiā cōtingit ut, ppter auditatē predarū, amicissimis sepe abutant uel hostibꝫ. ob qđ rarissime ad quaslibet bellorū necessitates asciscūt. Hec de Bohœmis atqꝫ Polonijs & ceteris oriētalibꝫ Wādalis, omnia ad uerbū sunt Helmoldi, prēter illud, quod de Vngaria inserui. Quę ideo repetenda putauit, ut illorū tempora statū agnoscamus: & unius gentis Wandalorū latissimā nationē, illius testimonio, cōprobemus. Fecimus uero loqui testem ante ortū suū: & uera tēpora, quod firmare oportebat multis testimonijis fidē de una latissimę gētis natione, quod etiā hodie difficulter multi in fidem accipiūt, adiungit etiā hoc: Vbi ergo Poloniā finē facit, peruenit ad amplissimā Sclauorū prouinciam: eorū qui antiquitus Wādali, nunc aut̄ Wiñi, seu Wīnuli appellant: horū primi sunt Pomerani: quorū sedes protēdit usqꝫ ad Oderā. Est aut̄ Odera ditissimus amnis Sclauice regionis: & orit̄ in profundissimo saltu Morahorū, qui sunt ab oriēte Bohœmie, ubi & Albis sortitur principiū: nec longis inuicē distant spacijs, sed diuerso currunt meatu; Albis enim in occasum ruens, primo impetu Bohœmos alluit cum Sorabis, medio cursu Sclauos dirimit a Saxonibus: nouissime Hāburgen sem prouincia diuidēs, a Bremēsi uictor oceanū ingredit̄ Britānicū. Odera aut̄ uergēs in boreā, trālit per medios Wīnulorū populos, diuidēs Pomera nos a Wīlsis. In huius ostio, qua Balticum alluit pelagus, quōdam fuit nobilissima ciuitas quā Wīnetam dixere: nam inde riuo nomē cōiectura est remāsse, ut Diuinow appelletur, nullo extāte flumine cui respōdeat quomodo Panis & Suevus suū ad exitū, post magnū lacū nomē recipiūt qđ pridē habuere, sed in lacu amiserere. Diuinow aut̄ ex lacu riū? nisi ab urbe non men sortiat, nō appetet unde enascit: presertim cū dicat Helmoldus ad exi gum Odere in mare fuisse illā ciuitatē, ut responderit riuis Odere, sed non men ab illo flumine non teneat. Ceterū, uerisimile est ab ea quōdā florēte urbe tenuisse: cuius hodie ne ulla remāsere uestigia. Mirum aut̄ quod Saxonoster antiquissima repetēs tempora, nullā illius facit mētionē. Hec interēcta sunt testimonio Helmoldi, qui deinde subsequutus prosequit: Fuit ciuitas, inquit, olim nobilissima Wīnetā, prēstās celeberrimā stationem barbaris & Grēcis in circuitu: de cui⁹ preconio urbis, quia magna quedā & uix credibilā recitant, libet aliqua cōmemorare digna relatu. XX.

Vit sane maxima, inquit, omniū, quas Europa claudit, ciuitatum: f quā incolūt alijs permixti gentibus Grēci cum barbaris: nam & aduenē Saxones, parē cohābitādī licentiā accēperūt: si tīm Christianitatis titulū ibi cōmorātes non publicarent; omnes enim ad excidium eiusdē urbis paganis ritibus aberrarunt: ceteris moribus & hospitalitate nulla gēs honestior aut benignior potuit inueniri. Ciuitas illa mercibus omniū nationū locuples, nihil non habuit iocūdi aut rari. Hanc ciuitatem

Mores Polon  
norū i bello

Pomerani  
Wīnuli sunt

Cursus Al  
bis fluuij.

Wīnetā sic.

Wīnetā ex  
cellētia.

• opulētissimā, quidā Danorū rex maxima classe stipatus, funditus euertisse memoratur: presto sunt adhuc antique ciuitatis illius monumēta. Ibi cerni-  
tur Neptunus triplicis nature: tribus enim fretis alluitur ea insula: quorū  
aut̄ unū esse uiridissime speciei, alterū subalbide, terrium motus furibūdo  
perpetuus sequit tēpestatibus. Eam urbē dixere Winetā, ab gente, cuius so-  
lo tenebat Winitorū, siue gētē ab urbe traxisse cognomē dicāt: subuersam  
aut̄ ciuili discordia, que omniū urbiū pestis est perniciōissima: sic enim pe-  
rierunt maximē urbes que a seculo floruerūt; nam Goths, Wādali, Saxon-  
es, quiq; alij eā incoluere, in se uersi, dū sibi quisq; primatū uēdicaret, effe-  
cere, ut opulētissima urbs bello pressa uastaretur, & solo equaret; nam Go-  
thi qui habitauere, gentis sue in Suecia regē Haraldū implorauere: Ille aut̄  
in societate belli euocauit Hemmitigū Datiōrū regē, qui tēpora cōtigit ui-  
cina Karolo Francorū, & Germanorū regi, post etiam imperāti: qui reges  
iunctis armis impugnatā ciuitatem expugnarūt: militibus diripiendā tra-  
diderūt: & deinde solo equaret, qd aut̄ huius expeditionis nullā faciat Sa-  
xo Danicus scriptor mentionē, ab incuria temporū tenuit: quae minus sunt  
in eius historia explicata. Huius excidio ciuitatis excitatam crediderim in  
Gothlandia eam, que nūc uisitūt, Wibū olim, ut cerni potest, opulētissi-  
mam, & post Winetā euersam: Emporiū uniuersarū in circuitu iationium,  
Gothorū, Danorū, Wādalorū, Russorum, Saxonū, Semborū, Prussorū,  
Estonū, & que tūc alię florebāt: nam Gr̄ecos, quos cōmemorat Helmoldus,  
ad hoc maris brachiū quomodo pertingere potuerint, prorsus non ui-  
deo: longe enim ad Mediterraneū Gr̄ecia recedit, ad litt⁹ Europē boreale,  
qd est nobis, in aquilone morātib⁹, meridionale. Testant̄ nobilē antiqui-  
tate urbis Wibū, testudinate dom⁹, ianue ferrate, ex cupro fenestre, & qd  
ius maritimū etiā hodie inde fertunt expectandū. Sunt & alij Wandalorū  
populi, qui intra Oderā & Albī degūt, lōgoq; sinu in austrū, p̄tendūt:  
sicut Hertili, uel Eueldi, qui Habelā fluuiū & Doxam incolūt. Lembusi &  
Winuli, Stroderani, cum multis alijs. Post Oderē ergo letiē meatū, & uari-  
os Pomeranorū populos, ad occidentale plagā occurrit Wintulorū prouinciā:  
eorū, qui Tolenzi, siue Rethari dicunt̄. Ciuitas eorū uulgatissima Re-  
there, fedes Idololatrie. Templū ibi magnū Demonibus cōstructū, quoq;  
princeps est Radegast: Simulachrum eitis auto, lectis eius ostro paratus.  
Ciuitas ipsa nouem habet Portas, undeq; lacū profundo inclusas. Pons li-  
gneus transitū p̄ebet, per quē tñ sacrificatibus, aut responsa petētibus, uia  
cōceditur. Deinde uenit ad Circipanos, siue Kissinos: quos a Tolenzis,  
& Rethris separat flumē Panis, & ciuitas Wineta, Kissini, & Recipani: cis  
Panis Tolenzi, & Retheri, trans Panis habitat. Hos quatuor populos a  
fortitudine Wibos, siue Luticos appellant. Ultra illos sunt Lingones &  
Wernau. Hos sequuntur Obotriti. Ciuitas eorū Mikilinborg: Inde uer-  
sus nos Polabi: Ciuitas eorū Racis borg, nūc Razeburgum. Inde trāsitū  
fluuius Trauenē, in nostram Wagriensem prouinciam: que, ut supra dixi-  
mus, iam appellat̄ Holsatia. Ciuitas huius prouincie quondam fuit Al-  
denburgum maritima.

CA<sup>TI</sup> XX.Vibū Wine  
ta subuersa.Wibū urbs  
in Gothlandia.Indicia anti-  
quitatis.Heruli wā-  
dali sunt.Tēplū dē  
monib⁹ sa-  
crum.

Wibū sūt.

## LIBRI II. CA. XXI. ET XXII.

Vnt & insule Baltici maris, que incoluntur a Sclauis: quarum una  
Fimbre uocatur (ego Cimbriā autmo ab antiquo dici) Hec est  
opposita Wagrijs: ita ut uideri possit ab Aldēburgo. Altera insu-  
la longe maior contra Wilsos posita, quā incolunt Rani, qui & Rugiani,  
gens fortissima Sclauorē: qui soli habēt regem: extra quoꝝ sententiā nihil  
agi de publicis rebus phas̄ est. Adeo metuūtur propter familiaritatē deo-  
rum, uel potius demonum, quos maiori p̄ ceteris cultura uenerātur. Hi  
sunt omnes Winulorū populi diffusi, per regiones, & pruincias, & insulas  
maris. Om̄e hoc hominū gen̄ Idololatrię deditū, uagū semper & mobile  
pyraticas exercēs predas. Ex una parte Danis, ex altera Saxonib⁹ infestū.  
Sepius ergo, multisc̄ modis, magnorē Impatorē, & sacerdotū solertia ten-  
tatū est, si gentes ille rebelles & incredulē, possent aliquaten⁹ ad agnitionē  
diuini nominis, & credulitatis gratiā adduci. Hec sunt ad uerbū Helmoldi  
super hac gēte testimonia. Velle limites ad austrū quoꝝ dixisset: quos  
signauit ab oriēte in Occiduū & aquilonē. Certa sunt tñ & euidentia docu-  
mēta, q̄ ex Polonia in Slesiā, & inde in Marchiā, nouā, & ueterē, per Mag-  
deburgēsem, & Halberstadēsem dioceses, usq̄ ad Hercynios mōtes, & in-  
de ad Visurgū fluuiū, in occiduū, omnē eam prouinciā fuisse Wādalorē:  
Sed Saxones descendētes montibus a meridie, & transeuntes Visurgū ab  
occidente, paulatim pulsis Wandalis suā fecere prouinciā, donec per incre-  
mēta tēporē, idē facerēt in Marchia memorata, & in omni prouincia mari-  
tiua, que hodie & linguā & mores prefert Saxonū tota. XXII.

E ciuitatib⁹ aut̄ p̄cipuis, quas in gente fuisse memorat Helmoldus, Aldenburgū nouim⁹ in Wagria, nūc Holsatia: Racisburgū  
quoꝝ iam, ut aliā quoꝝ memoratā, cernim⁹ ad rusticā uilitatem  
posita ciuitate, degenerasse. Miklinborg transiit in uicinā Wismaria. Sed  
Rethre, ac Wineta, que fuerint ambigimus. De Rethre metropoli medi-  
terranea, suspicarer olim ibi fuisse, ubi nūc Brandenburgū, septam paludi-  
bus & riuis: nisi iam per tēpora Helmoldi, dudū illa mutasset, & religionē  
& linguā. Primus enim Henricus Romanorē rex, eam fecit Saxonū colo-  
miam, cōstituto ibi marchione: quod dicemus. Hic aut̄ testis noster loquit̄  
de urbe, que illius tēpore maneret in paganismo. Ergo Rethrā in ea terra  
que nūc Stargardia dicit̄, ad lacū magnū, & locum Rabele fuisse credide-  
rim: qđ nomē Starigard Wandalicū, appellatiua denominatione insinuat  
magnam & antiquā ciuitatē: cui propriū fuerit nomē Rethre. De Wineta  
querimus, illustri quondā urbe: quā, ut testis noster cōmemorat, olim flo-  
rētissimā, & omnibus Europeis urbibus incōparabile, nisi ad exitum riui  
Diuinow in mare, fuisse dicamus; Archon aut Iulinum extitisse dicemus;  
quas ambas Danorē reges exinanierūt. De nomine aut̄, hoc cōpertū ha-  
bemus, q̄ preclaras Wandalicē urbes, alia Dani, alia Wandalī nuncupati-  
one habuere: quā enim Wandali dixerē Starigard: Saxonē Aldenburg:  
Dani uocauere Brannesiā. Ita fieri potuit: ut quā Danicus scriptor appella-  
uit, uel Archon in Rugia, uel Iulinū in cōtinēte, Wandali dixerint sua lin-  
gua, Winetam. In rebus enim obscuris coniecture fit locus. De Archon

Fimbrīa insula.

Rani habēt  
regem.

Winulorū  
populi.

Wandalorū  
limites.

Wādali pul-  
si p Saxonē

Noia ciuita-  
tū Wādalē.

Henricus. I.  
Ro. rex.

Stargardia.

Wineta.

Iulinum.

Loc⁹ cōiecta-  
rē.

• prōpta est cogitatio, q̄ ea fuerit in insula Rugia: quē diuerso latere uarijs alluitur fretis: quod ille cōmemorabat in urbe mirabile. Hęc fuerit nō iucūda cum teste cōfabulatio, q̄ eruendis antiquitatibus, ubi deficiūt annales, ad cōiecturas recurrere, uenia est & licentia. C A. XXIII.

Anc gentē, p̄s̄ertim maritimā, assidua cum Danis bella gessisse  
h tradit Saxo, Danicē gētis historicus: ad quā etiā fertur penetrasse

Magnus ille Imperator Karolus, domitis per multa tēpora Saxo  
nibus: postq̄ Tassilonē Bauarię ducē, post Longobardor̄ in Italia subacti  
onē, bella pro Desyderio, cuius Tassilo teneret filiā, renouātē, cōpressisset:

• & post primā dēditionē in perfidia deprehēsum, reum lēse maiestatis iudi-  
casset: & ad uitā monasticā cū filio tōsurari iussisset. Priusq̄ Hunos Baua-  
ris suppetias ferētes attingeret, Wilsos gētē Wādalor̄ qualicūq̄ occasio-  
ne oppugnare aggredit: uno sed grādi p̄glio ita eā gētē p̄domuit, ut in re

Hancla flus-  
uius

Karolus in  
Wilsos.

Obotriti.

Saxones sub  
episcopis.

Duo Wilsos,  
rum princi-  
pes ad Ludo-  
viciū Imp.

liquū tēpus īperata se facturos pollicerent. Wilsos aut̄ ad Hanclā fluuiū  
habitare, nomine ipso prodit opidū Wilsenacū. Erat tūm post natū Chri-  
stū, datāq̄ mūdo salutē, annus, DCCLXXXVIII, cum ut dixim⁹, Ka-  
rolus motur⁹ in Wilsos, pōtes duos strauit super Albim fluuiū: & utrinq̄  
firmāuit p̄sidijs: ne ab hostibus, ad intercludēdū reditū, occuparent. In-  
gressus aut̄ prouinciā, late omnē terrā populatur: nullo fidente ex aduerso  
aciem regi potētissimo opponere: sperātibus terre habitatoribus, cum ipsi  
in inuijs paludibus tuti cōsisteret, breui futurū ut abiret. Ille aut̄ nō segni-  
ter oppugnationibus insis̄ens, coēgit hostes ad dēditionē. An aut̄ religi-  
onis ab illō ī pactis mentio sit habita, annales nō preferūt: nisi, qđ prom-  
ptum est perpendere, non tam breui populū ad religionē cogi potuisse: re-  
colentibus quantū temporis atq̄ laboris sit impēsum in subigendis, ad salu-  
tis sacramēta, Saxonibus. Quo tempore Obotriti q̄ uerimoniā regi super  
cōgentilibus detulerūt: q̄ iam illi ducibus Karoli in Saxonia belligerāti-  
bus, cōciliati, regno Franciē cōfederati haberent. Ad qđ preliū pro Obo-  
tritis euocati a ducibus eiusdem regis, Saxones: aderāt quidē corpore, sed  
non satis fidam operā prestitere: q̄ iniquis adhuc animis iugū Gallicū pa-  
terentur: nam ante non quieuere, q̄ abacto iugo temporalis imperij, episco-  
pis permitterent, & diuina solū religione constringi uiderent. quis & illis  
temporalis etiā gladij potestas non decesset. Sed suffecit Saxonibus, ad spe-  
ciem exhibita libertas: q̄ regem & exactorē tributor̄ non paterētur, lon-  
gus quidē labor in edomandis ad iuga Christi Saxonibus: sed longe ma-  
ior ad subigendas Danorum, Normānorū, atq̄ Suecorū, nationes: quod  
in Metropoli nostra satis ostendimus. C A. XXIII.

• Nde uero Magno Karolo iam per mortē subtracto, cū filius eius  
I Ludouicus Imperio & regno succedēs, Franckfordiē cōuentum  
haberet Imperij, uenere in eum locū principes Wilsorū duo fra-  
tres, etate iuuenes, fiducia fœderū ad Imperatore: eūq̄ arbitrū inter se de  
paterna successione, & regno elegerūt: cum ambor̄ pater moriēs, etatis iu-  
ra sequutus, p̄fēcisset maiore: sed is per ignauiam regno impar, a populo  
improbatur, preferēte ad omnia minorē. In tanta aut̄ disceptatione, Ludo-

LIBRI II. CA. XXIII. ET XXV.

Cucus Imperator arbitratus, cum studia populi cognosceret, minori res  
gnum adiudicauit: seniore alijs in locū cōditionibus quietato: datisq; mu  
neribus, eos ad propria pacatos remisit. Sed de religione nihil tūm actum  
est: nam inter omnes borealiū nationū populos, sola Wādalorē prouincia  
remālit ceteris durior, & ad credendū tardior. Sunt aut̄ multi, ut ostendiz  
mus, Wandalorē populi: quorū qui dicunt̄ Winuli, magna ex parte respi  
ciunt parrochiā Hamburgēsem, nam preter honore metropolitanę Sedis;  
qua omnes nationes, siue regna cōplete tur aquilonis, habuit Hāburgens  
sis ecclesia prescriptos terminos sue parrochię: ultimā uidelicet partē Saxo  
nię: que est trā Albim, cōtinē tres populos, Thietmaros, Holsatos, Stūr  
marios. Inde extendūtur termini ad Winitos: eos, qui dicuntur Wagiri,  
Obotriti, Kissini, Circipani: usq; ad flumen Panim, & urbem Demyn. Ibi  
erat limes Hāburgēsis parrochię. Non caret ergo admiratione, q; dignissi  
mi presules, & euangēlici predicatores, Ansgarius, Rembert⁹, & sextus in  
ordine, Vnni: quorū ad cōuerſionē gentiū ingēs efferbuit studiū, Wanda  
lorū curā tātopere dissimulauerint, ut nec per se, nec per ministros, aliquē  
in eis fructū fecisse elegant̄. Effecit hoc, ut existimo, populi illi⁹ inuincibilis  
duricia, nō predicatorē torpor: quibus animus, & erga gentiū salutē ita  
ardens fuit affectus; ut nec opibus, nec uite pepercérint, si qua unq; spes fa  
lutis affulsiſſet.

CA. XXV.

Radit antiqua ueterū relatio, q; temporibus Ludouici. II. Is erat  
rex Germanię, fili⁹ Imperatoris Ludouici: egressi de Corbeia mo  
nachi sanctitate insignes, gentiū sitiētes salutē, impenderūt seipsoſ  
ad subeunda pericula pro diuulgatione uerbi diuini: peragratisc̄ multorū  
Wandalorē prouincijs, peruenient ad Rugianos maritimos: ubi fomes er  
rorum & sedes fuit idolatrię. Predicātes igitur uerbū uitę cum omni fi  
ducia, omnē illam insulā lucratī Christo feruntur: ubi etiam oratoriū fun  
dauerunt in honorē dñi Saluatoris & in memoriā Sancti Viti, Corbeiēſ  
patroni. Postq; aut̄ permittente deo, mutatis rebus, Rugiani a fide defece  
runt: statim pulsis sacerdotib⁹ atq; Christicolis, religionē uerterunt in su  
perstitionē, nam beatū Vitum, quem nos sanctū martyrē & Christi seruū  
electū cōsitemur; ipsi pro deo cōoperāt uenerari, creaturā anteponētes crea  
tori. Suātevit, appellarūt. Nec erat postea aliqua barbaries sub cōelo, que  
Christicolas ac sacerdotes magis exhorret: Solo nomine sancti Viti glo  
riabantur; cui etiā templū & simulachrū, amplissimo cultu dedicauerūt: il  
li primatū deitatis specialiter attribuentes. De omnibus quoq; prouincijs  
Wandalorē inde responsa petebant̄, & sacrificiorē annua libamina persol  
uebantur. Sed neq; mercatorib⁹, qui forte illas sedes appulerūt, fuit ulla fa  
cultas, sua distrahendi, aut alia comparandi; nisi prius sacrificiū deo suo de  
mercib⁹ persoluant̄. Flaminē suū non minus q; regem uenerabant̄. Ab eo  
ergo tempore, quo fidei Christianę primū renunciauerunt, hēc superstitionē  
apud Rugianos perseverabat. Sane populis Wandalorē, & ceteris genti  
bus, fide imbuendis, magnū prestitit impedimentū, ea bellorū tempestas:  
que Normānis tumultuantibus, in omni littore maris deseuīt: ad Gallias

e iii

Imperator  
arbiter.

Winulorū  
patria sedes.

Winiti qui  
sunt.

Duricia wa  
dalorum.

Monachū  
Corbeiēſ.

Sedes idolo  
latriæ.

Suante Wit.

Flamen ut  
rex venerat̄

**Normānorū exercitus ex quibus.** usq; portendens. Porro Normannorū exercitus, collectius erat de fortissimis Danorū, Sueonū Norwagiorūq; qui uno predandi affectu, primo omniū Wandalos, qui p̄ximi uidebant, misere sub iugū: deinde cetera finitima regna, mari, terraq; uexabant: quib⁹ de rebus, & in Norwagia plene, & in Saxonia ex parte explicuim⁹, quibus pfecto non parū addiderat uiriū ea Romani Imperij diminutio: quę post tempora senioris Ludouici, prius quidē intestinis bellis est exorta, postea in quatuor diuisa portiones. Omnis prīmi Karoli latissima ditio, quatuor regulis subdita, regebat. Cōstat ergo illo tempore Normānos, per Ligerim Turonos succendisse: per Sequanā Parisios obcedisse: Karolū Gallie regē, adactū armis, uexationē regni auro penso redemisse: uastata deinde ab illis Lotharingia, & Phrisia subacta. Ludouic⁹ aut rex Germanie, Normannos foederib⁹, sine prelio, hoc modo retinuit: ut cum Franciā totā uastauerint, regno ei⁹ minime noscuerunt. Post cuius mortē omnia turbari coepérūt. Nam Bohemi, Sorabi, Susi, & ueteres Wandali, quos ipse tributarios tuū habebat, seruitutis iugum excusserunt.

## CA. XXVI.

**Dani & Wādali socij.****Zuātocipius rex late imp̄perauit.****Magnū belūm.****Cesar aperit uā vngaris****Rex fact⁹ eremita.**

Ost temporē interualla, regnāte Conrado, orta est Vngarorū grauis irruptio: qui non solū Saxoniā, aliasq; eis Renū provincias, uerum etiam trans Renū Lotharingiā & Franciā demoliebant. Dani quoq; Wandalos auxilio habentes, primo Trāsalbianos Saxones, deinde fluminē trāmisso, magno Saxoniā terrore quatiebant. Sed tñ de Vngaris aliquāto nobis repetendū est altius. Zuātocipius ea tempestate Morauorum rex, ditione tenebat Bohemiā, Slesiam, Poloniāq; & animis sublati de magnitudine ditionis, Imperatori Romano Arnulpho fortissimo principi tributa soluere, quę aliquādiu soluisset Ltidouico Germanie regi, pernegabat. Magno bello petitur: magnis ille nihilomin⁹ uiribus reluctatur, uaria forturia sepe sunt in acie collatę manus: nulla parte cōstitit uictoria: equis uirib⁹ discessum erat. Sederat tū Vngari, gēs noua, ad repagula, quę illis Morauorū rex obiectasset: nec erat ulla trāscēdēti facultas. Imperator qui in animū induxerat, nō nisi uictor redire ab Morauis, undecūq; circūspexit auxilia. Audituit gentē magnā consedisse ex latere Morauorū, que transit⁹ tēpora oportuna demoraret. Misit in eam gentē uirū fidum: qui de pactis cum illa loqueretur, gerendi bellū in regem Morauorū: quibus ex sentētia Cesaris cōstitutis, ipse cum agmine suo profectus, trāsūtum Vngaris apertit: immisitq; hostile Christianis populis gentē: qui infinitis postea malis prouincias afflixerūt. Sed tum opera illorū usus Imperator presente in Morauorū regēm bello conflixit magno prelio, taritis austus copijs, supprimitq; regē: & multis pessundatis atq; captis, in fūgam uertit hostem. Ille elapsus, in profundū solus se recepit saltū: & projectis armis regiōq; apparatu, ad solitariū quendā se contulit uirū, Christo detiōtū: cuius usus cōtubernio sanctitatis, in finē usq; uite eremiticā uitā impleuit: moriturus iam de propinquuo primū quis esset aperit: & in Christi pace qui escens, meliora regna promeruit. Tum Bohemia, Polonia, & Slesia, suum queq; prouincia ducē cōstituit; libere uiuēs, tributa tñ superioritatis agnisi.

LIBRI II. CA. XXVII. ET XXVIII.

tione uel modica pendebat Romano Imperio. Tempore ex illo Vngarorum gens Christianas prouincias male habebat. Erat autem circiter nongentesimus a Christo nato annus.

CA. XXVII.

Vm autem ad Romanum Imperium Henricus dux Saxonie electus esset Romani rex, Vngarorum insolentissimus ausus magna parte repressus est: Nam gentes, quod in Saxonia diximus, maximo pressio uiuit: docuitque intra suam cōsistere prouinciam, Bohemos quoque, & Wan dalos, Sorabos, ab alijs regibus edomitos, & ceteros Wandalorum populos uno grandi prelio ita perfrigit, ut ceteri, qui per pauci remanserant, & regi tributum, & Deo Christianitate ultrò promitterent. Quo tempore urbe Wandalarum primariā Brādēburgū, idē Henricus per britum oppugnauit: castra figens in glacie, & labore magno expugnauit: arcēque Misne firmatus aduersus insultus gentis: & prefecit illis iuīros industrios: qui ad imperata signes cōpellerent, & in fide continerent, quod initū fuīt Marchionum: nūc principū electorū. Per eadē tempora idem Henricus urbe, que Delmborg vocatur, fundauit: in ea monasteriū puellarū instituens: quod etiā grandi terrarum dominio locupletauit: dohās terrā quę hodie dicitur Aduocatorum. Erant tūm ministeriales monialū, qui nūc sunt Barones quatuor: quorū hec sunt nomina, de Gera, de Wida, de Plawis, de Rutze. Deinde eū exercitu Daniā ingressus Henricus, Gormonē regē primo statim impetu ita perterrituit, ut impetata se factū misso nuncio demāderet: & pacē supplex deposceret. Sic Henricus uictor, apud Sleswigū regni sui terminos ponens, Marchionē constituit: & Saxonū coloniā habitare p̄cepit: quod antea similiter fecisset in solo Wandalico, in urbe p̄cipua Brandenburgo. Sed felicius cessit in Wandalia q̄ in Dania: nam apud Sleswigū cum eius uita finiuit & marchionatus. Cum enim ille finē uictoriā fecisset, Dani iugū quod accoperat proiecerūt: occiso Marchione, coloniā Saxonū eiecerūt. Wandali quoque uicini Danis, in antiquā se libertatem receperunt, proieceto tributo cum Christianismo.

CA. XXVIII.

Memoria autem Ludouici regis Germanie, Bohemia magna ex parte erat Christiana. Nam illi rex memorat⁹ armā intulit, perpulitque: ut quatuordecim eius, p̄uincie duces, se presente, sacrū subiarent lauachrū, & deinde tributa penderent: quanq̄ in Bohemica Pius história astruere uideaſ, Borsinoum regē, primū in gēte subisse lauachrū regenerationis, imperante iam Arnulpho: qui nepos erat Ludouici memoria, ex filio Karlomāno. Evidē fieri potuit: ut ante quatuordecim copiarū ductores, barones, aut comites, sub Ludouico baptisarent: prim⁹ aut inter uniuersę, p̄uincie generales duces fuerit iste Borsinus. Tempore ex illo Christifides in Bohemia permālit. Borsinou ergo decim⁹ erat dux ex primo illo Zetho, a quo illorū annales sumūt principiū: quanq̄, ut ante monstravimus, lōge uetustior sit Bohemorum in suis mōrib⁹ incolat⁹. Iste autem Borsinou moriēs, filiū reliquit Vradislau, nam aliis etiā filiis Spitigneus natu maior, cum exili tempore regnasset, moriēs, fratri reliquit Bohemie principatum. Vratislau dux Bohemie reb⁹ preerat, quo tempore. III. Ludo

Vngari res  
pressi.

Wādali tri  
butari. Hen  
rico regi.

In glacie fi  
xa castra.

Barones mi  
nisteriales.

Henric⁹ in  
Daniam.

Dani rebellias

XIII. duces  
baptisantur

Borsinou  
dux Bohem  
iae.

Vratislau.

Fratres dissimiliū moris.

Wentzlaus  
in catalogo  
sanctorum.

Mors uitae  
conformis.

Mesco dux.

P. Ioni perfida.

Frater fratre  
excœcat.

Nomē Bos  
lisslaus uene  
rabile.

tricus Imperiū iam teneret Romanū. Reliquit autem moriens filios duos, Wentzlaū & Bolislaū, dissimili uirtute adulescentes: nam Wentzlaus incredibili deuotione fidem Christi ambiebat: frater uix nomine ipso passus dici Christianus: sēculi uanitates anteposuit religioni: iustitiā non equo & bono, sed armis metiebat & uiribus. Wentzlaus quotidie profecit in uīs iusticie usq[ue] ad eo, ut cūctis amabilis pro modestia & religione uideretur: tantūq[ue] emeruit apud Deū, ut signis aliquot uiuens claresceret. Nata est inde fraterna ex uirtute emulatio: nam Bolislaū, stimulāte matre, dum eleemosinā & largitorē prodigere paternas opes accusaret, insurgens fratrem oppressit. Ille ad meliora translatus, promeruit amplioribus etiā signis clarescere: ut breui Sāctorū in catalogū trāsiberet. Bolislaus sacrilegus cum post fratrē cēsum aliquādiu reb⁹ prefuisset, moriēs reliquit filios Bolislaū & Stratiquatem. Bolislaus filius, patruo q[uod] patri similior: uirtutē amplexatus, per uestigia patrii, Deo deuot⁹, hominibus iustus, ut erat, apparebat. Stratiquates asscribitur in clerū: & dum ad episcopatū eligitur, contēpsit: q[uod] non is quem deposceret, locus uideretur. Inde uero cum pertinaciter locum aliū ambiret, & pro generis dignitate repellī non posset, a Moguntino archiepiscopo tentatur cōsecrari. Sed uenit illi pro benedictione maledictio: nam sub manibus cōsecratoris arreptus a dēmonio: diuq[ue] tortus in ea uexatione, infelice animā exhalauit. Bolislaus filiū sui nominis reliquit tertiu Bolislaū. Rebus Bohemicis tum suberat insignis ciuitas Cracouia: ut solent limites regnorū, variante fortuna, uel protendi uel breuiari. Cum aut̄ tertius Bolislaus preesset, Mesco dux Polonie, contēpta Bohemi aduilescentia, Cracouiā intercepit: suoq[ue] iuri denuo cōsociauit. Venit ob eam rem ad graue bellū: multa inuicē irrogant ferro & flāmis incōmoda: multe pridē & hominū cedes: demū ex procerū alterne ditionis instātia fit colloquiū inter duces de legibus pacis. Dum illis Bohemus ex animo intendit, minus cauit insidias: ibi enim a Polono Mescone nihil tale timēs, op̄ primitur. Filios hic reliquit Iamirem & Vdalricū: Iamires natu maior patris succedit in ditione. Vdalricus externā amplexus militiā, Henricū sequitur Romanorū regē: eum, qui primus ex domo Saxonię cōscendit hoc culmen. Cum audiret patriā a Polonis laborare, impetrata ab rege uenia, Bohemiā repetiuit: & magno labore, repressis hostibus, fratrem regno non idoneū excœcauit: ne quādō ad resumendū conaretur: ipseq[ue] prefuit cum plurima laude rebus Bohemicis. C A. XXVIII.

D Polonię deinde res introducendas cōuertamur: que ut Bohemie, ita illę quoq[ue] nobis cū suscepito Christianismo inclaruerūt. Ex illo enim tēpore cum principibus nostris uersabātur: & coepit inclarescere: ut nomē haberēt, qui prius essent incogniti. Mesco dux preerat Polonis ea tempestate, cum Hēricus Romanū teneret regnū. Sed ille armis intentus, minus ad religionē inclinabat: filiū habebat Bolislaū, nam hoc nomē tum erat in omni ea gēte uenerabile, ut & Bohemii & Poloni principes illo frequētius uterētur. Iuuenē hunc optimē indolis agreditur Adelbertus Pragensis episcopus; uir in diuina religione seruentissi-

## LIBRI II. CA. XXVIII. ET XXX.

mus: & agrū bonū nactus, in quo cōderet diuini semen uerbi, Bolissaū in fide Christi erudiuit; adeoq; profecit, ut breui faceret consummatū Christianū. Interim patre mortuo, rebus gerēdis preerat per Poloniā Bolisla<sup>9</sup>. Adelbertus episcopus profectus in Gentes, Christū ubiq; euāgelizabat. Peruenit ad Prussos: illis quoq; cœpit nomē Christi cū religione & promissione immortalis regni proponere. Sed quid uis apud barbaros: modestia & mansuetudo uiri aliquandiu eos a crudelitate frenabat: ubi uero incruduere, uirū aggressi sanctissimū, trucidabāt: martyrio coronātes. Bolissaus ubi audiuit mactatū a sequissimis patrē optimū, cui hoc ille debebat q; esset Christianus, indoluit: missisq; muneribus, sacrū martyris corpus a perfidissimis mercabatur, transtulitq; in suā ciuitatē: quo accepto, Cresi opes, & regna maxima sibi uenisse reputabat. Venerant ex Italia nonnulli Christo dediti sacerdotes, qui in gentibus Wandalorū pro Christo cōtenderant euangelizare: sed lingua gētis uernaculā, summo prius studio perdiscere cōstituerāt, ne interprete opus esset: hoc in conatu diu laborantes, considerant in cellis, non satis a ui & iniuria tutis & cōmunitis. Procurari iussit dux optim<sup>9</sup>, uiris bonis uitę necessaria. Aduerterāt nōnulli latrones exteris illis uiris cum duce esse crebra colloquia, nescientes quid ageretur: dum illi ratione seminādi euāgeliū cum duce loquerētur: arbitrati magnos esse apud peregrinos, qui longe abiessent a patria, thesauros recōditos, noctu aggressi, cellas effringūt, uiros opprimūt, & uix parum aliquid uiatici, quod a duce illi meruerāt, auferentes, cum rubore discedūt. dux aut religiose tumulatos, qui in conatu sacri ministerij sunt oppressi, inter martyres, ut erāt, pro Christo cēlos, merito illos deputauit: Interim signa multiplicātur ad tumulū Adelberti Ep̄i: & martyris fama uolat in orbē. XXX.

Albert⁹ ep̄s  
martyrisat.

Cedūr pb̄i  
Italici.

Tto interim, I. Henrici primi filius, pro rerū gestarū magnitudine cognominatus Magnus, erat in Imperio. Conuersus ad Wandalos, tanta uirtute illos constrinxit, ut tributū pendere, & Christianismū subire, pro uita & patria simul offerrent uictori: baptisatusq; est magnus gentiliū populus. Ecclesiē tum primū in Wandalia constructe. Inde uero postq; reuersus est ab Italia, omne studiū intorsit ad gētiū uocationē: prēcipue Wandalorū, q; pro sentētia illi euenerāt omnia. Deo cooperante, & dexterā eius ubiq; roborante. Subactis aut, & Christiane fidei adactis Wandalorū gentibus, Magnus Otto inclytam urbē Magdeburgū super ripā Albis fluminis instaurauit: quā Wandalis metropolim statuēs, Adelbertum summē sanctitatis uirū, ibidē consecrari fecit archiepiscopū. Is primus omniū in Magdeburgo ordinat<sup>9</sup>, duodecim annis strenue pontificatum administrauit; multosq; Wandalorū populos, prēdicando conuertit. Illi autē archiepiscopatui subiecta est tota Wādalicia usq; ad Panim fluuiū. Episcopat<sup>9</sup> suffraganei quinq;: quorū Marsburgū, Cicensis, ad Salam cōditę urbes, Misna super Albim, Brādēburgū & Hauelbergū ad interiora recedūt. Sext<sup>9</sup> Wādalie ep̄atus est Aldēburgū: hūc sicut ceteros, Imperator Otto, Magdeburgēsi primū subiçere decreuerat, propter gētis cognitionē: quē tñ Adeldagus Hamburgēsis archipr̄esul Imperialis cācellarius,

Baptisatur  
Wandalorū  
populus.

Magdeburgū  
metropoli  
s Wādalorū

Magdeburgū  
habet  
suffraganeos  
quinq;.

LIBRI II. CA. XXX. ET XXXI.

Aldenburgi  
situs.

Aldenburgū  
ad fidem.

Marco ep̄s.

Sleswig.

Virt<sup>9</sup> magni  
Ottonis.

Vasta solitu-  
do.

Eguard<sup>9</sup> ep̄s

Magnopolē  
sis ecclesia.

pro suo defendit: eo q̄ termin⁹ su⁹ eccl̄ie antiquis priuilegijs Imperator⁹ esset cōprehensus. Est aut̄ Aldenburgo ea quę Wandalica lingua Starisgard, hoc est, urbs antiqua dicit̄: sita in occiduo Baltici maris, in terra Wagriorū: & est terminus Sclauig, hoc est Wandalie, in ea regione. Hęc autē ciuitas cum prouincia, fortissimis quondā incolebatur uiris: eo q̄ in frōte totius Wandalie posita, contiguos haberet Danor̄ & Saxonū populos: qui omnes bellor̄ motus ipsi aut primi inferreūt, aut alijs inferētibus primi exciperent. Tales enim in ea quandoq̄ fuisse reguli perhibent̄, qui omniū Obotitorum siue Kissinorū, & eorū qui longe remotiores sunt Imperio, fuerint potiti. Conclusa igit̄, ac subneruata omni hor̄ natione Wādalor̄ ab Imperatore, urbs quoq̄ uetus Aldenburgum inter alias quoq̄ ad fidē Christi peruenit: & facta est numero fidelium copiosissima. **XXXI.**

Vic urbi tum p̄ecellētissim⁹, gloriosus Imperator Otto pontifi-  
h cem primū dedit uenerabilē uirū Marconem: subdens ei omnem  
Obotitorū prouinciam, usq̄ ad Panim fluuiū, & urbem Demyn:  
pr̄terea ciuitatē opinatissimā Sleswig, quę alio nomine Heidebu dicit̄,  
eiudē curę delegauit. Eo enim tempore ea urbs cum adiacente prouincia  
quę scilicet a lacu Slia ad Eydoram fluuiū portēditur: Romano Imperio a  
memoria Henrici, qui pater erat Magni Ottonis, subiacebat: habens terrā  
spaciosam, & frugib⁹ fertilem, sed maxime desertā, eo q̄ inter oceanum &  
Balticū mare sita, crebris incursionū iacturis attereretur. Postq̄ aut̄ miseri-  
cordia Dei, & uirtute Magni Ottonis matura pax omnia possedit, eccepe-  
runt habitari deserte Wagrie, & Sleswicensis prouincię: nec ullus iam an-  
gulus relictus fuerat, qui non esset conspicuus urbibus & uicis, & plerisq̄  
etiā monasterijs. Diu superfuerūt antiquę illi⁹ habitationis clara uestigia,  
in sylua, quę a uico Lutellenborg per longissimos tractus usq̄ Sleswigū  
pertrahit. Cuius uasta solitudo, & uix penetrabilis, inter maxima syluarū  
robora, sulcos pr̄tendit, quibus iugera quādoq̄ fuerant dispartita: urbū  
quoq̄ formā structura uallor̄ pr̄tendit. In plerisq̄ etiā riuis, qui propter  
molendina cogēdis aquis aggeres cōgesti sunt, ostendūt omnē illū saltum  
ab hominibus quandoq̄ habitatū. Primus igit̄ huic nouellę plātationi  
Marco prefuit episcopus: qui populos Wagrior̄, & Obotitor̄, sacro ba-  
ptismatis fonte lauit: quo defuncto, Sleswigū singulari pontifice honorat̄.  
Aldenburgensem aut̄ sedem suscepit regendā uenerabilis uir Eguardus:  
qui multos quoq̄ ex Wandalis cōuertit ad Dñm. Ordinat⁹ est a Sancto  
Adaldo Hamburgensi archiepiscopo. Creuit ergo populus fidelium: nec  
fuit aliquid, quod nouellę eccl̄ie aduersaretur, omni tēpore triū Ottonū:  
qui omnes pari affectione in eius gētis cōuersionē ferebant̄. Et repleta est  
omnis terra Wagriorū, Obotitor̄, & Kissinor̄ prouincia, eccl̄ijs & sa-  
cerdotibus, monachis, & Deo dicatis uirginibus. Porro Aldenburgensis  
ecclesia dedicata fuit in honorē Sācti Iohānis Baptiste: Magnopolēsis aut̄  
instructa fuit sub patrocinio Sancti Petri: continens monasteriū uirginū.  
Fuerunt deinde Aldenburgēles pontifices, honorabiles regulis & princie-  
pibus Wādalor̄: eo q̄ munificentia Magni principis Ottonis, cumulati

LIBRI II. CA. XXXI. XXXII. ET XXXIII.

essent temporalium rerum affluentia; unde possent copiose largiri, & populorum sibi conciliare fauorem. Dabatur autem pontifici annuo de omni Wāgiorū & Obotritorū terra tributū, quod pro decima imputabat: de quolibet aratro mensura grani, & quadraginta resticuli lini, & duodecim numi puri argenti: ad hēc unus numus, preciū colligentis. Wādalicū uero aratrum parbū & unus cōficit equus. De urbibus tiero & earū prēdijs, ac curruū numero, que ad possessionē pontificis pertinebat, non est huius operis explānare; eo q̄ uetera in abolitionē transierūt: & ecce noua sunt omnia: Hēc ad uerbū trāslata ex annalib⁹, ad fidē legentiū certiorem.

XXXII.

Rincipiū autem perturbationis rerum Christianarū erat ex Dani:  
nam cum adhuc Magnus Otto superesset, Zueotto regis Haraldī filius, quē ad sacrū baptisma Otto uictor adegit, cum uides regni proceres leue iugū Christi portare cum murmure, indignates & execrantes Haraldum regē seniore, q̄ id oneris regno & regnicolis impo- ni passus esset: simul sperans, q̄ per eam occasionē ad regnum, cuius erat cupi- dissimus, perueniret, patri rebellauit: coniuratione maioris partis procerū in senem regē Christianū. Igitur ubi initialuit conspiratio, cōcurrunt ad ar- ma. Haraldus nihil minus q̄ hoc a filio metuens, matrī Tirē Christianissime foemine, que filia fuit Anglorum regis, monumentū, & perenne me- morabile ad tumulū cōstituere parabat: defatigās milites suos in opere ru- stico, proruendi de terris immanissima saxa, quod ipsum militū suorū ani- mos a rege auerterat. Quo in opere cum desudaret, affertur regi triste nun- ciū de filij & procerū in se cōspiratione propter Christianismū, paratos ad arma uenire in se cum exercitu ad illū improuiso opprimēdū. Vbi audiuit, intermissō opere, que pro temporis angustia potuit, arma cōtraxit: ueniētem super se filiū expectauit: cum non aliud suos posceret, nisi ut filiū illi serua- rent in prelio, si fieri posset, incolumē. Facta cōgressione, pater uincit: reno- liato rursus prelio, eadē fortunā: cum tertia quoq; pugna pararetur, inter- posito colloquio, res tractatibus agi cōcepit. Cum interim treuge constitue- rentur, quibus fīsus Haraldus, incuriose ambulabat in nemore: quo in loco ictus sagitta loetaliter, in Iulinū Wādalique opidū, q̄ filio minime fideret, se iussit deportari. Ciuitas quidē gentiū Idolis adhuc dedita, sed Haraldo tñ regi Christiano per amica: cui etiā ille plus fidei tribuit q̄ filio, treugarū inducias uiolari passo. Non autē diu rex uulneri superfuit: sed cum effla- set spiritum, reductus in Daniam, regio funere in Roschildiam tumula- tur. Sed ad id, cuius rei gratia introducta est Danorum regis mentio, aliquando ueniatur.

CA. XXXIII.

Gregiæ quondam urbis Iulini, in Wādalico solo ad littus maris Germanici, nunc uilissimi opidi specie ēgre seruantis, mentionē si- ne laude transire non debemus, ut mortaliū rerum specimē prēci- piūm in eius ruina intueamur. Tradunt Iulinū ab Iulio Cēsare fundatore nomē habuisse: quomō Wolgastū, Iuliam Augustā olim uocitari, & Demyn, quasi dominā mundi, & Tribuzefz, quasi tributū Cēsarī, & Robel, quasi rebellionē: Sed fuerint iste cōsonatię in lingua Wādalica ad Latinā

Pontifici tri-  
butum.

Aratrum wā-  
dalicum.

Filius patris  
rebellat.

Fili⁹ uincit  
patrem.

Roschilda  
regē sepulta

Absurda  
etymologīa

Albis fluuij  
limes.

Iulinū em/  
porium.

Lex iniqua.

Dani deſe/  
runt fidem.

Rex capitū/  
trina uice.

Pulcher mo/  
dus fallēdi/  
regem.

quomodo & in alijs fortuitē: certe ab Iulio cēsare imposta nomina certū est nō fuisse, nam ille bis trāsito Reno, ex Gallijs tetigit Germaniā: sed statim rediit reductis copijs, per pontes quos in flumine strauit: Testis est illeipse, in suis commentarijs. Nec Romani duces post illum tenuerūt terras unq; ultra Albim, quē dedit August⁹ limitem Romano imperio: testis Strabo. Si tamē memorata nomina cōtendis esse origine latina, fieri potuit, ut Wādalice nationis principes cupidi uisendorum regionū, Albimq; trāsentes aliquādiu militauerint per Germaniā Druso Neroni Augusti priuigno, & Drusi filio Germanico, alijsq; prēsidibus: qui regressi narrātes que uidescint, & nomina Latina ad imitationē Romanorū, suis īdiderint castellis. Eius transitionis testes sunt Strabo, Cornelius Tacitus, in Augusta historia. Erat Iulinū preclarū illa ētate Wandalorū emporiū, tantis opibus, tantis mercatorū negocijs frequens, ut uix aliud par illi tum Europa uideret: Constantinopoli semper excepta, que tum florebat. Ibi Russi, Dani, Sembi, Saxones, & ipsi Wandali, singulē quoq; gentes suos uicos & plazas incolebant: nulli preclusum municipiū, nisi qui de Christianismo sermones sereret. Hec erat ingredientiū terra maricj lex: ut omnia pacata inuenirent, si non de religione uerbū facerent. Iam Haraldi filius Zuenotto Daniē regnū, proiecto populariter Christianismo, cognomine pāriter qđ illi additū erat honoris gratia in baptismo, abiecto, moderabat: iam enim iniuriū ducebat, si quis illum de cetero Zuenottonē uocitaret. Ergo bellum ante omnes īdicit Wandalis, patris sui iam hostis, receptatoribus: nec illi segnes excipiūt, animo & spibus non impares: fit pugna, ut frequenter, naualis, diu cōmuni marte uolauit uictoria: demū Wandalorū nauibus īfedit. Capt⁹ rex in prelio, abducitur in Wādaliam: graui ēre per interuallū persoluto, redimitur. Pristina bella renouat: eadē illum, que prius, fortuna īsequitur: uindicāte Deo iniuriā reiecte religionis. Iam pristina redemptiōne exinanitis regni thesauris, cum in promptu aurū non adesset, datis uadibus, & priorū, in regno, procerū filijs obſidibus, regredit̄: nec sic quietus: nam tertio quoq; belli sortem in eosdē statuit hostes experiri. Iam cautor futurus, omnia diligenter collustrabat. nocturnis classē m uigilijs, circūductis scaphis, iussit uelut castra circuiri, ne quid intētēt hostiles insidię. Viderant hanc regis diligentia Iulinenses Wandali, & ex tempore cōſiliū mutuātur: nam quidā ex eis promptiores, ubi Danicē uigilię iam ad quietem redibant, sub oriturā mox lucem, inſcēsa nauicula, cum haberent quilinguā Danicā callerent, pretoriā regis nauim adeunt: uigiles regij sunt ab omnibus crediti: idq; assimulant: regis colloquiū depositunt, uelut magna oportunitatis rem allaturi. Rex arbitratus esse suos excubidores, qui alii quid magni cōtemplati, celeriter differerent: nihil insidiarū ueritus, caput enauī protulit: qui autē sermonē in aurem afferret, ait esse secretū non palam efferendū, ne etiā proximi audiant, cauendū. Rex admoturus aure pecto retenus inclinat loquuturo: statim rapitur in scaphā: & ore occluso, tacito remigio abducitur, priusq; arma quisq; expediat in nocte: nam stabat in ordine paratē Wandalorū acies. Ita tertio captus rex, Iulinū perducit:

LIBRI II. CA. XXXIII. ET XXXIV.

manifesta illū vindicta persequente: q̄ in parentē impius, & in omniū parentē Deum, esset sacrilegus. Iam certiē redēptionis circūspiciuntur impendia: uacuato erario, ac obsidibus pridem obligatis. Igitur foemine loscupletes in regno, regiam sortē cōmiserat, ipse de suis ornamentiis aurum contulerūt pro illius redēptione. qua pietate cōmonitus rex, iam redemptus, legē de successione foeminar̄, quæ iniqua pridem illis erat, maribus exequauit. Impetitur inde Suetico bello, & iterū uincitur: regnosc̄ pellit. Vīctus, in Norwagię regem respexit, & ad illum confugit: sed ab eo cōtemptus, sensit cum fortuna mutatos amicos. Anglię regem adit: sed speculator potius q̄ exul habitus, cum cōtumelia dimitit. Scotię quoq̄ regem pertentat: ibi reperiens, qui eius calamitatē miseraret. Sed tñ septen-  
nio ibi habitus hospitaliter: medio tam longo tempore recogitauit quid patere, & unde malor̄ illi esset origo, de projecta Christi religione: eam ex animo cōplexus, resumit: uoto concipiens, si unq̄ illi redditus esset in patriam, promulgare in populū. Deinde reuocatus in patriā, fidelis permanēt Christianus.

CA. XXXIV.

•  
Foemine rex  
dimūt regē.

Rex pellitur  
regno.

Septennio  
rex exulat.

Adelbertus  
archieps.

Adaldagus  
archieps.

Lex iniqua.

Bolissa dux  
Polonorū.

S. Adelberti  
corpus trās-  
fertur.

Zueno rex  
Danorum  
Christian⁹.

Nterea Wandali iam a temporibus Ottonis. I. ex magna parte Christi fidē receperūt; illi precipue, qui in mediterraneis hābitabant: instantē a meridie Adelberto, primo Magdeburgēsi archi-episcopo: qui iam, ut diximus, suos in Wandalia habere cœpit Suffraganeos Brandenburgensem, Hauelbergēsem, cum ceteris, quos supra memora uimus. Ab occidua uero parte, Adaldagus, H̄iburgensis archiepiscopus, strenue suę legationis in gentes, obibat officiū: ordinatis episcopis in Aldē burgo Wagriæ regione. Sed qui ad mare habitabant, ferociores semper erant: non passi ad se penetrare, qui fidem Christi disseminaret. Iulinenses enim, quod diximus, lege lata ueterūt, ne adueniar̄ quisq; nouae religiosis mentionē ullam faceret. quo factū est, ut omniū illi nouissimi, ad Christi fidem perueniret. quanq; & mediterranei semel accēptā religionē nō sat constāter seruauerāt: quod quibus sit factū occasionibus, infra suis temporibus cōtingemtis. Introrsus aut̄ ad orientē Ottone tertio regnāte, Bolissa Polonor̄ dux: qui, ut dicemus, Imperio se coniūxerat, recognoscēs in eo superioritatē, omnē Wandaliā usq; ad Oderam suis subiēciēs tributis, ad iuga Christi cogebat. Prussis quoq; grauis imminebat: a quibus, quod diximus, corpus sancti Adelberti Pragensis episcopi, quē occiderāt, precio redemit: inc̄ suam regionē uenerabundus abduxit. Cooperat ergo ab illa quoq; parte orientis, Christi euangelium rutilare. Sed ab aquilone Wādalis maritimis quis immininet: q̄ Dani ipsi satis adhuc infirmis erāt radicibus: rege Zuenone timidius agente in populo: qui & si ipse fidei assereret, uerit̄ est tñ proceres durius resistentes, adigere iugo fidei: ne, qđ formidabat, iterū regno pelleret. Sed nos in Bohemiā, Poloniāq; paucis redeamus: Christiana tempora nacti in illis prouincijs, que illorum res il-

Iustrauere.

CA. XXXV.

b Ohcemia per ea tēpora ducē habuit Vdalricū: qui per magna tēpora, I. Ottonis, rerū potiebatur. Filiū is habuit Bitiscillaū auda-

f i

LIBRI II. CA. XXXV ET XXXVI.

39

Filia Imp. i  
monasterio.

Rapitur pu  
ella ex mo  
nasterio.

Imp mouet  
filię lachry  
mis.

Imperator.  
peregrinat.

Magn⁹ hos  
nor exhibi  
tus Imp.

Gratitudo  
Imperatoris

• cem pariter & procacē iuuēnē: qui ausus grāde facinus, raptu sibi quæsiuit coniugē. Imperator Otto eius nominis. II. unam ex filiabus suis cōmen- dabat sacris uirginibus, apud Ratisponam Deo seruientibus: ut, si illi uide retur, pariter & illa spōsum deligeret immortalē: alioqui suo tempore nu- ptui tradendā. Audiuit Bohēmus uirginē & nobilitate & forma prestan tem, in monasterio p̄ecludi: irritatur magis ea ſe, q̄ minus licere uideret: patrē uirginis interpellare non ferebat: q̄ puellā monasterio a parente de- putatā, arbitraretur sibi nequaq̄ permitti spōsandā. Fretus armis paternis, & Bohēmię uiribus, fidebat raptā defendere. Igitur aggressus magnum facinus: puellā (uo)lentē an nolentē incertum, magis aut̄ est augurari prom- ptum, non ualde repugnantē) rapuit: & abduxit ad interiora regni: coniu- gēq̄ sibi legitimis nuptijs ascivit. Pater incōparabile nephas detestat⁹, q̄ auderet uir Imperio subiectus, tantam irrogare & Imperatori, & dño suo iniuriam: statuit armis facinus coarguere: Itaq̄ magnis uiribus duxit in Bohēmīa Otto. Occurrit Vdalricus senior cum filio: & ipſi exercitum in armis ducentes. Sed tñ p̄emiserat Vdalricus uiros etate & moribus gra- ues, qui indignationē Imperatoris uerbis & obsequijs tentarent delinire. Venerat post illos Iutta filia: &, qñ ita placitū uideret superis, obsecrabat patrē: ut, qm̄ factā rem ad infectū nemo reduceret, non cōmitteret, ut san- guine innoxior⁹ nuptias ei⁹ cōmacularet: sumeret obsequia mariti, sume- ret preces socii, & post omnes placare la chrymis filię: iam nō posse uin- dicari in Bohēmos, q̄ illam intactā preteriret. Imperator iusta satisfactio- ne cōstituta, precibus & lachrymis filię cessit: permisq̄ Iutta Biticislao, pacatum reduxit agmen: iam placatus.

CA. XXXVI.

Olonis per ea tēpora prefuit Bolislau dux, Christianus: qui iu- p sticia in subditos, & equalitate in uicinos, & in Deum religione, promeruit ab omnibus iustā uenerationē. Audiuit Otto. II. Im- perator cognomēto Rufus, famā sancti martyris Adelberti, de mirabilib⁹ que operare per illum Deus, uoluitq̄ inuisere martyris sancti sepulchrū: insinuabat Bolislao aduentū suum, ut illi pemitteret in ciuitate pro dignita te hospitiū. Gauisus ille, dignationē interpretatus, q̄ a tanto principe terra eius inuiseret: non facile dictu est, quanto honore, quo apparatu, q̄ magnifico instructu, Imperatorē uenientē exciperet. Vedit Imperator in ciuitate ducis, & in mansione principis eam, quā non putabat opulentia, magnificū in omni ciuitate apparatū: miratus mihiſcorū ordinē, uasorū, poculorūq̄ ex materia & arte prestantiā, generosum principis animū, cuncta per hila- ritatem largitatis maiora facientē. Non putabat Imperator in ea gēte tan- cum splēdorē extitisse: unde cōuersus in suos: Deposit huius in nos meri- tum uiri, ut aliquo uicissim a nobis magnifico munere decoretur: cernimus nihil deesse tantis opibus, & regni amplitudini, q̄ ut maiori fulgeat nomi- nis dignitate: Si regem appellauerimus, & amicū Romano Imperio asscri- bamus, nihil indignū & rebus, & uiro fecisse uidebimus. Probant prin- cipes Imperatoris consiliū. Igitur euocatū Bolislau, Imperator his uerbis al- loquitur: Ostendisse nobis animi tui magnitudinē, & obsequij diligentia,

## LIBRI II. CA. XXXVI. ET XXXVII.

tibi nobisq; gratulamur: Ideo te euocauim; in hunc cœtū prícipū, ut ui-  
caria te remuneratione decoremus: Regium tibi nomē damus & honorē,  
& te Romani Imperij sociū, amicūq; Cesareę maiestatis ex hoc die asscri-  
himus: & hęc dicens, coronā capiti eius imposuit. Deditq; Imperator Bo-  
listao regi pro regalib; insignijs lanceā beati Mauricij, & clauū Dñi. Hęc  
aut regalia insignia, corona scilicet, & sceptrū, & lancea, ad multa tempora  
in armariolo Cracoviensis ecclesie, ad memoriā posterorę cōseruātur. Rex  
aut Bolislaus, ob reuerentiā Imperialis dignitatis, & in pignus alterne ami-  
cicie, & deuotionis, donauit Imperatori brachiū diuī Adelberti martyris:  
quo assumpto, ad propria ille reuersus est. Deinde cum ex hac uita subtra-  
ctus esset rex Bolislaus, anno Christi, MXXV. Mesco fili⁹ eius regnauit  
pro eo: longe impar paternę probitati: sed sustinuit eū magni patris dulcis  
apud omnes memoria, ut filij degenerē animū minus odirent subditi. Du-  
xit uxore nobilē, filiā memorati Ottonis Imperatoris, sororē nihilominus  
Ottonis. III. Sed hic Mesco cum desidia & delicijs resolut⁹, proprijs non  
cōmuniib; utilitatib; int̄er̄deret, cooperū extere natiōes, que patrī suo essent  
uestigales, minus honoris illi impendere, colla iugo subducere, & trihūta  
regionū denegare. Cōtēptus ergo uixit: nō modo a suis, sed & ab exteris  
utq; tñ illo uiuēte, uiguit in cordibus hominū memoria patris: cui⁹ etiā  
reuerētia filio seruabat qualecūq; obediētiā. Cum uero ille reb; exēpt⁹ hu-  
manis, filiū relinqueret Kasimirū, cognomēto Karolū, mox insurrexere, p-  
c̄eres, & filiū cū Teutonici nominis odio expulerūt regno. XXXVII.

Dux Polon-  
ni & creatus  
rex.

Filius degenerans.

Rex expellit

Am erant Poloni sine rege, sine duce: cum sibi quisq; consuleret,  
& suis pro se cōmodis inferuiet, cōpīt in longinquū & proceres  
& populū confusionis tedere. Non supererat regia nobilitas: nec  
erat cui deferriēt honorē pro parilitate nataliū: inuidēbat quisq; alteri re-  
gnū: nec tñ sine rege sine duce poterāt durare. Cōpīt eiēctis regno Ka-  
simirus uehemēter desyderari. & de reuocādo in regnū magn⁹ erat omni-  
um consensus, quęsitus per Germaniā, inueniri non potuit: apud matrem,  
aptid cognatos, nūsc̄q; repertus est: transiens enim in Gallias longius, quo  
tutius lateret, monasteriū Cluniacēse ingreditur, habitū poscēs fratru, nec  
aperiens cuius esset sanguinis. Suboleuerāt uestigia, qui querebant, qui  
buscūq; indicij, innotuit, q; apud fratres illos ignotus demorare. Vene-  
rant eo missi in eam rem oratores: inuentus est iam aīnū septimū agens in  
religione: Expositis aut̄ itineris sui causis, uasa auri & argenti protulerūt:  
petentes, ut regiū illis sanguinē in quo regni esset iusta successio remitte-  
rent: magna in eo esse regni cōmoda: pauperū refrigeriū, pacem tēporū,  
finem bellis, diuinę seruitutis gloriā inde prouenturā, nānciantes. Abbas  
id necq; sui, necq; ipsius Kasimirī esse potestatis respondit, semel Deo obla-  
sum, seculo remittere: Sed si tanta regni cōmoda in Kasimiro essent con-  
stituta, adeant Summū pontificē, ab eo dispensationis gratiā poscētes. Illi  
non segnes Romā petunt: Benedicto. VIII, tum Summū administranti  
pontificatū, rem aperiunt: dispensationē Apostolicā requirentes. Auditis  
aut Papa Benedictus Polonię desolationib; Christiana cōpassus pietate

Rex monas-  
chus factus  
reducitur in  
regnum.

para dispen-  
sat.

## LIBRI II. CA. XXXVII. ET XXXVIII.

40

Monachus  
ducit uxore

Capilli fla-  
gellat dorsi.

Debronega  
regina.

Cracouie da-  
tur archieps

Ecclesiæ suf-  
fraganeæ.

Wago eps.

Bilug rex  
petit coniuge

Despōsatur  
soror epi.

Abbatissa  
estate nō ma-  
tura.

genti, ob regem amissum, Kasimirū ad regendā Poloniā redire concessit: permisitq; ut initio matrimonio, posteritati constituēde operā impēderet. Ferunt ob titulū huius dispensationis, inditū esse Polonis, ut in tonsura rotunda capillorū diu se conformarēt ritibus religiosorū: quā postea ignominiam abolendo, supra ceteras nationes cōperūt nutrire capillū: idq; ad nostra tempora durauit, ut foemineū in morem capilli dorsa uirorū flagellēt. Statutū nihilominus tum esse aiūt a Pontifice, ut pro alēdo in perpetuū lumen, in ecclesia beati Petri Romæ, censum soluerēt: quod in Polonica lingua, Snato Petre, hoc est, sanctū beati Petri uocatur. Igitur legati exequitū negotiū, assequunti propositū, leti & alacres recipiētes suū ducem Kasimiri, redeunt in Poloniā. Multa erant illi, initio noui regni certamina: ex, creuit multorū, & intus, & foris, per absentia insolentia: cui reprimēde pos- steaq; diu laborauit, regno suo tranquillitatē reddidit. Accēpit aut uxore ex Russiē principibus nobilē, nomine Debronegam: dignā pro uirtute cognomine Marię: ex qua sustulit quatuor filios, Bolislauum, Verladum, Mēsconem, Etnem. Quo tēpore, cum iam ageretur, XXXXXV, post mille annos, Aaron episcopū Cracouiēsem Benedictus Papa cum in Coloniā Germanie descendisset, consecrat archiepiscopū, hac, que seruata est, forma uerborū: Pro reuerentia principis Apostolorū, sub cuius uelamēto te cōstituisti, & pro amore diui Kasimiri regis uestri, coniugisq; Marię, amborūq; filij Bolislai, totiusq; regni, stabilimus, benedicimus in perpetuū archiepiscopatū apud ciuitatē Cracouiēsem, qui haec tenus erat episcopatus: cui etiam subiçimus omniū episcopatum parrochias, quæ in omni regno sunt Polonię, ut archiepiscopali more tu frater omnibus presideas: Tibi quoq; archiepiscope cōcedim⁹ palliū, dieb⁹ solēnibus deferēdū. XXXVIII.

Ed ne longius a temporibus nostris excurrāmus, paulo nobis re-  
trocedendū est. Florebāt satis per triū Ottonū tempora res Chri-  
stianę in Wandalia huius nostre regionis: nam Wago uir nobis  
ills, tertius Aldenburgēsi ecclesiæ prefuit pōtifex: successitq; Euardo. Hic  
in summa prosperitate inter Wandalos degens, sororē fertur habuisse spe-  
ciosam: quam coniugē postulauit Obotritorū regulus Bilug: cūq; inter-  
pellationibus crebris pontificē super hac re cōuenisset, quidā familiarium  
episcopi, petitionē incauta uerborū iniuria repulerūt, dicentes: Iniustū esse  
pulcherrimā uirginē inculto & agresti uiro copulari: quā ille contumelia  
prudenti dissimulatione cōpressit, & amoris stimulo incitatus, preces itera-  
re non destitit. Timens aut episcopus, ne ecclesiæ nouelle grauius inde ali-  
quid, si pernegaret, oriretur, postulationi eius annuit: data illi sorore in cō-  
iugium. Procreauit aut ex ea filiam nomine Hodicam: quā pontifex au-  
culus monasterio uirginū contraditā, & sacris literis eruditā, Abbatissam  
prefecit uirginibus in Magnopoli, cum tñ necdū legitimos peruenisset ad  
annos: quod frater puellę Mizisla egerrime tulit: odio, licet occulto, cōci-  
tatus Christianę religionis: timens ne peregrinus mos ille late per omnem  
serperet regionem: patrem uero, frequēter cōmonuit peracerbe, quasi qui  
mēte alienatus, superuacuas diligenter adiuūtiones; nec timeret patrijs de-

LIBRI II. CA. XXXVIII. ET XXXVIII.

rogare legibus: prius quidē ducens uxorem Teutonicā, deinde filiā suam monastice contradēs clausurę. Cunq; his uerbis patrē sepe exacueret, cœpit ille sensim animo flecti, & iam cogitare de accepte cōiugis repudio, & rerum mutatione: Sed conat⁹ eius timor repressit: eo q̄ grauiū causarum introitus semper fuit difficultis: uirtus quoq; Saxonū admodū esset formidabilis: necesse enim fuerit repudiata sorore Pōtificis, & diuinis rebus pefundatis, statim ad bella peruenire. Quadā die contigit episcopum uenire in urbem Magnopolim, uisitationis gratia: quo etiā Bilug cum primoribus illi occurrerat, excepturus sororiū siue propinquū suū, simulata deuotione. Episcopū igitur publicis causis intētū, sepedictus. Obotitorū regulus palam alloquitur: Magnas, inquit, pietati tuae pater uenerabilis debeo gratias, quibus agēdis licet totus non sufficio, priuata enim beneficia quæ mihi impēdisti, quia multiplicia sunt, non facile numerātur, generalē prouincię salutem dissimulare non debeo, sollicitudo enim tua super ecclesiā instauratione, & animar̄ salutē, omnib⁹ manifesta est: sed nec latet quātas principū offensas tua prouidentia fregisti: ut cum pace & gratia in principium tranquillitate degamus. Honori ergo tuo si expostulati fuerimus, & nos, & nostra incunctāter impēdemus. Petitionē aut̄ paruulā apud te desponere, tua inuitat humanitas. Est apud Obotritos pontificale tributū qd pro decima imputatur, de quolibet aratro, qd duob⁹ bobus & uno equo constat, mensura grani, & quadraginta restes lini, & duodecim numi probatę monete, preterea unus numus pro colligēte: Hec me, rogo, sinas colligere: deputanda stipendij neptis tuę filie meę; quod ne forte ad tui iniuriā, & annonę diminutionē rogare uidear, adjūcio possessioni tuę in singulis urbib⁹, quę sunt in terra Obotitor̄, uillas, quas ipse elegeris; exceptis his quę ad ius pōtificale, Imperatoria dudu concessione peruererūt. Pontifex non attendēs callidissimi hominis dolū, uerbōz coloribus adumbratum, reputās etiā nihil officere rerū permutationē, sine mora petitioni eius annuit: ipse quidē uillas opulentissimas accēpit, tributū uero, quod diximus, sororio suo in manus filie eius collocādū resignauit: aliquandiu apud Obotritos cōmorat⁹ p̄dīa colonis exercēda distribuit; ordinatisq; omnibus in terrā Wagior̄, ad ecclesiā suā est reuersus.

XXXVIII.

Abuit aut̄ pōtifer, preter alias duas nobiles curtes, apud quas frequenter cōmanere solebat: unā in uia publica, quę dicit̄ Buza; alteram, super flum̄ Trauenā, in loco qui dicitur Nezetma: ubi etiam fuit oratoriū & concameratio murato opere facta, non longe a radice mōtis quę ueteres Eilberg, moderni propter castellū impositū Zegeberg dixerūt. Post multos ergo dies, cum pontifex Wago alias occupatus, terra Obotitor̄ rari⁹ inuiseret, supradictus Bilug una cum filio Mizisla opportunitatē nactus, dolū quę erga Deum & pastore sanctū cōcooperat, paulatim detexit: cōcepitq; possessiones episcopales, quas ille ut fideli, & affini suo tuendas episcopus cōmendauerat, occultis uastare latrocinijs, & submittere seruos, qui predam inde clam & aperte abducerent. Conatus eius ad id usq; processit, ut episcopū sicut decimar̄ iure, sic possessionibus exu-

Virt⁹ Saxo  
nū formida  
bilis.

Dolosa allo  
quidio.

Petitio palli  
aca.

Pontifex cō  
cūuentus.

Curtes pon  
tificiae.

Occulta per  
fidī latrocis  
nia.

# LIBRI II. CA. XXXVIII. ET XL.

Dephēditur  
dolus.

Cōminatio  
offensæ dei.

Inceduntur  
villæ.

Repudiatur  
uxor.

Ezico eps.

Bilug rex.

eret: perturbatoꝝ capite, cultus omnis facilius pateret exterminio. Pontifex admonit<sup>9</sup>, cum ueniret in prouinciam, cum colonis habita inquisitione deprehendit ad liquidum, quoꝝ machinamentis, tanta possessioni immiterentur latrocinia. Permot<sup>9</sup> itaqꝝ, nō mirū stupore atqꝝ timore, qꝝ atrocissimos insidiatores inuenisset, eos, quos putabat amicissimos, iamqꝝ presentiens nouelle plātationi imminenter defectionē, multū cœpit animo turbari, recurrens ad id, quod pro tempore tutius uidebaꝝ, consilium, teritare cœpit, si forte uerbis sualibbus mederi possit morbo paulatim subrepēti: multis sororiū blanditijs cœpit mulcere, ut a cœptis desisteret, neue possessiones ecclesiasticas latronibꝝ depascendas exponeret: puerā sibi, nisi resipuerit, non modo Dei offensam, sed & maiestatis Imperatorie itaſta censurā. Ille obiectis dolos preſtruens, respondit: nunqꝝ se erga dñini & patrē tantā admisſisse imposturā, ad quē semper habuerit animū optime affectum: Si quid autē inuito se factū sit, latronū insidijs esse peractū, qui de Wilsis, seu Rügenis cōmeantes, forte nec illius predijs parceret, si sinerent: se quidem ad illos cohibendos, cōſilio & auxilio ſemper affuturū. Facile ergo persuadim⁹ est bono & ſimpliſi uiro, opinionem de affine cōceptam deponere. Postqꝝ aut̄ accepta ſatisfactione, pontifex abſcessit, illi statim, rupta pollicitatione, ad cœpta retioluti ſunt crithina: furtisqꝝ, uillarū incendia miscuerunt: preterea colonis omnibus, qui ad ius episcopi pertinebāt, nisi quātoꝝ yus predia desererent, morte ſunt interminati: ſic factū est, ut deferti agri, uactie facte ſunt possessiones. Accessit his malis, qꝝ idem Bilug matrimonij ſui iura corrupit, repudiata ſorore pōtificis: ſuit hæc cauſa inimiciorū precipua occaſio. Cœperunt res ecclesiare paulatim titubare, nec fuit unde status nouelle ecclesiæ poſſet ad plenū cōualeſcere: eo qꝝ Magn⁹ Otto iam pridē uita deceſſiſſet, medijsqꝝ, necnō. III. Otto, bellis Italicis effeſt occipiati. Oh quā tem Wādali tēporis oportunitate freti, non ſolū diuinis legibus, ſed & Imperatorijs iuſſibus cœperūt paulatim obniti: ſolus Saxonię dux Benito (filius hic erat Hermāni ducis, quē Magnus Otto ſublimauerat, quod in Saxonia diximus) aliquā dñationis umbrā, licet tenue preterdere uidebaꝝ: cuius ſolo respectu, Wādalorū impētū ſunt retardati, ne aut fidei Christiane palā renūciarerit, aut arma corriperet. Wagone in hoc rerum ſtatuto de medio, Ezico ſuccedit in cathedrali: iſte ſuſcepit ordinē a sanctissimo Adaldo, Hamburgēſi archiepifcopo. Quatuor ergo pontifices ante excidiū Aldenburgēſis ecclesiæ extiſſe cōperimus, Marconē, Egardū, Wagone, & Eziconē: quoꝝ temporibus Wādali utcūqꝝ in ſte de perſtiterūt: ecclesiæ per prouinciam ſunt erecte, monasteria uirorū ac mulierum Deo ſeruientiū, conſtructa ſunt plurima: Sed hę tandem ſub Ezicone res inclinauere.

CA. XL.

Rincipes eorū Wādalorū, qui Wāiniti, ſiue Wāinuli dicuntur, fuerūt p eo tēpore filii Bilug, ſupra memorati principis: qui per Christianismū prim⁹ ex hac gente nobis innotuit: qui ad annū Christi non gentesimū octuagesimū, cum iam male Christian⁹ uideret defecit mortiens, reliquit aut̄ filios, Misizla, Naccon, & Sederich: ſub quibꝝ pax conti-

nua fuit, & illi sub tributo Saxonib<sup>9</sup> seruierūt. Sed Miszla ille Obotritos  
rum princeps, Christū palam cōfiteris, clām persequebat: sororē cōsanguineam, Deo dicatā uirginē Hodicā, monasterio uirginū, cui preerat in Melklinborg, extraxit, & cuidā Bolislao inuitā scelerato iunxit cōiugio, cæteras uirgines, quē ibidē sunt reperte, alit militibus suis cōiuges tradidit, aut in terram Wilsor<sup>z</sup>, seu Ruglaior<sup>z</sup> transmisit: sicq<sup>z</sup> monasteriū illud depeſſit. Si quidē in dieb<sup>9</sup> illis, permittere Deo, ppter hominū peccata, perturbata est apud Danos & Wādalos tranquillitas, & pulchris diuinę religiōnis incremētis, inimic<sup>9</sup> homo superseminauit zizania. Nām eodē fere tēpore Zuenotto, quem dixim<sup>9</sup>, res in ipsa Dānia perturbauit. Quo tēpore cū iam Dānia bono rege indigetet, facte, sunt illē grauissime Danorū in Saxoniā excusione: uastatis initio maritimis Hadelerie: Irīde maritimam omnē terrā Saxonie, ferro & igne deformarūt, pugnātes apud Stadiū feciſciter in Saxones. Sed per Visurgum ascēdentes, ductore Saxone, peruerterāt in difficultima loca, cēſiq<sup>z</sup> sunt ad utiū omnes: quam rem in Saxonia dixim<sup>9</sup>: Harwārō Sāxoni nomen erat, qui ducti suo hostes perdidit: qua de re, nomē eius, carminibus patrijs, diu celebre permatisit. Sed priusq<sup>z</sup> ad sequētia transeam<sup>9</sup>, reddendus est antiquitati suū honor, ut successiones principū agnoscamus: quorū est memoria nostra tam clara posteritas: duces dico Pomeranie, Stetini, Wolgasti, & Magnopolis. Aperuit autē pri‐ mos nobis christianism<sup>9</sup>, nā qui fuerint in paganismo, priorib<sup>9</sup> ānis, nobis sunt incōerti: Ottonis ergo, I. tēporib<sup>9</sup>, in hac maritima Wādalia, latissime dñabatur princeps illistris Bilug de quo supra mēmorauimus: Cuius ditionis latissimi termini, a Wīsla fluuio, quē ueterē Vistulam uocāt, per maritos tractus, peruenere in uicina Cimbrořū: hoc est Iutiae, in ueterē urbē, quam Wādali sua lingua Starigard, Saxones uocatiere Aldēburgū in qua omni ditione olim floruerē urbes Wineta, maritima, & caput religiōnis in gēte, Rethre, Iulinū, Starigard, Wolgastū. Nō nulli arbitrant̄, Iuliam Augustam aliquāt uocitatā. Sed de his quid sentiā, non multo atitē disxi. Demyn dominiū putant tum appellari, Hauelberg, Custih, Melchow, Kissin, Rabel rebellionē uocari putant Mekelinburg, Mersburg, Aldenburgum, nunc rustica opida, tum ciuiliter institutae ciuitates. Hic Bilug filios reliquit Mizsla, de quo statim supra, Naccon, Sederich: quibus est partitus ditionem.

## CA. XLI.

Ira que tēpora impletus est annis a Christo, MII, quo fortissimus Imperator Otto, III, cum iam tertio Romā uictor intrasset immatura morte subtractus occubuit: cui successit Hēric<sup>9</sup> eius nominis, II, per electionem prior assumptus ad constitutionem, quam de electoribus Imperij Otto, III, cum Summo pontifice Gregorio sanciuit. Quo etiā tempore mortuo Bennone Hermāni filio, Bernardus filius, tercius eius stirpis, Saxonie dux, rebus prefuit: animosus iutienis, parum memor auite humilitatis, & Imperatori, in domū ei<sup>9</sup> largitatis, rebelles animos Hērico Imperatori est ausus ostentare. Cōmóvit multā nobilitatem sibi aduersus Imperatorē cōspirantē: sed interuenere, quod in Saxonia di-

Monialis lo‐  
catur in ma‐  
trimonio.

Dani in Sa‐  
xoniam.

Dani casta.

Wādalia fa‐  
cta Christia‐  
na tempore  
Ottonis. I.

Wineta ca‐  
put religio‐  
nis.

Filiū Bilug  
regis.

Otto. III. ter‐  
uictor Ro‐  
ma intravit

Bernardus Sa‐  
xonie dux  
rebellis.

LIBRI II. CA. XLI. ET XLII.

Bernardus  
dux turbat  
ecclias.

Wādalici do  
mini.

Wandali ex  
cuciūt iugū

Expeditio i  
Italiā.

Prēlii in Ca  
labria.

Causa mali  
magni.

Canis ma  
gnos dabit  
latratus.

Iuramentū  
in rebellionē

ximus uiiri boni, pacis zelatores, qui iuuenilē frangeret impetū, & Imperatorī illū reconciliaret. Sed interim Wandali rebus a duce turbatis, de sua quoq; libertate cogitarunt: q; tributis grauarent. Bernardus enim dux omnes Saxonie ecclesias terruit atq; turbauit: illas presertim, que in rebelione eius ad Imperatore illius malicie noluerūt subscribere. Accessit his, q; idem dux gentē Winulorū per avariciā crudeliter opprimēs, ad necessitatē paganisimi coegit. Sane eo tēpore Wandalorū dominio potiti sunt Theodericus marchio Brandēburgensis, & dux Saxonie Bernardus; illo quidē orientalē, isto occidentalē premēte Wandalorū sub tributo prouincia: quorū ignauia nescio an improbitas, coegit Wandalos fieri Christi angē fidei desertores: rudes enim in Christi fide gētiliū populos, quos optimi quondā principes cum summa lenitate fouerāt, temperātes rigore his, quorū insistebant saluti: Isti uero tanta crudelitate insequuti sunt, ut excusso tandem seruitutis iugo, libertatem suā armis defendere cogerentur. Principes tum erant Wandalorū Mistiwoi & Mizidrag: quorū ductu seditio est inflāmata, nam Misilla horum pater, ad annū nonagesimūnonū moriens, hos filios reliquit successores. Proditū est ueterum narratione, q; idem Mistiwoi, postulauerit sibi dari cōiugem, ex neptibus quādam Bernardi ducis: quā etiam ille non negans spem fecit poscēti. Imminebat tum expeditio Henrici Imperatoris in Italiam: ad quā uocatus dux Bernardus, se accinxit. Intelligens hoc memoratus princeps Wandalorū: ut futurum matrimoniu aliquo in ducē obsequio mereretur: mille ex suis armabat in ducis comitatum: Ipse quoq; comes ibat duci proficisci. Cunq; magna essent Imperatori prelia in Italia, presertim Calabria, milites Wādalici in prima semper pugnātes acie, pene omnes perierunt: Qua ex re deuinctissimū sibi suum se habere ducem arbitrabatur. Cunq; rediēs de expeditione, pollicitam sibi puellam deposceret, Theoderic<sup>o</sup> marchio fertur rem disturbasse: consanguineā ducis, exclamans, non dandam cani. Quo ille auditio uehemēter indignatus, abcessit. Dux ista comperiēs, non probabat, angelaturq; suspicatus, quod euenerat de rebellione: missocq; post eum nūcio, reuocauit, ut optatis nuptijs potiretur. Ille amaricat<sup>o</sup> fertur respondisse reuocanti: oportet generosam magni principis neptem, nobilissimo uiro copulari, non dari cani: magna nimirū sanguini nostro gratia repēditur, pro obsequio: ut iam canes, non homines iudicemur: Si ergo canis fuerit ualens, magnos dabit latratus, & morsus. Et hec dicens reuersus est in Wādaliā: & primo omniū abiit in ciuitatē Rethre, que est in terra Luticioī in dominatu (ut coiectura est) nūc Stargardensi. Nam urbs tota deperiit: nec de nomine quicq; remansit.

CA XLII.

Onuocatis ibi Wandalorū principibus, qui orientē habitāt, causat<sup>o</sup> est de iniuria irrogata, grauiq; cōtemptu, q; Saxonū estimatiōne gens omnis inter canes deputet. At illi; merito, inquiūt, hec pateris: qui spretis contribulibus tuis excoluisti Saxones, gentē perfidam & auaram. Iura ergo nobis, q; deseris eos, & stabimus tecum: quo iurāte, arma illi expediūt: & dum Bernardus dux abesset, bellis intētus ad intē-

riorem Germaniā: Wandalī uastāt Nordalbingiā. Hęc est Holsatia, cum cōterminis. Deinde reliquā peragrantes Saxonīā, omnes ecclesias incēderunt, & usq; ad solū diruerūt. Sacerdotes aut, & reliquos ecclesiāz ministros, uarijs supplicijs enecātes, nullū Christianitatis uestigiū trās Albīm reliquerūt. Apud Hamburgum, eo tempore, & deinceps, multi ex clero & ciuib; in captiuitatē abierūt: plures in odiū Christianismi sunt interfecti. Narrant seniores Wandalor; (ait Helmoldus, cuius hęc sunt fere ad uerbum omnia) qui omnes barbaror; res gestas memoria teneret: Aldēburgum ciuitatē populosissimā ex Christianis inuētam: sexaginta ibi presbyteri, ceteris more pecudum trucidatis, ad ludibrium sunt seruati: quorum maior loci preposit? Oddar nomen habuit. Ille ergo cum ceteris tali martyrio consummatus est: ut cuto capitis in formā crucis incisa, ferro cerebrū singulis aperiretur: deinde ligatis post terga manibus, confessores dei, per singulas ciuitates Wādalor; sunt tracti, donec deficerēt. Taliter illi spectaculū facti, & angelis, & hominibus in stadio mediū cursus, uictorē spiritū exhalauerūt. Multa in hunc modum, per diuersas Wandalor; & Nordalbingorū prouincias facta memorātur. Omnes igitur Wandalī, qui intra Albīm & Oderā habitāt, per annos LXX. & ampli Christianitatē coluerūt, omniū tēpore Ottonū triū Imperator; hoc modo se abscederūt a corpore Christi & ecclesie cui ante fuerāt cōiuncti. Hęc facta sunt ultimo tēpo, re Libentij archiepiscopi Hamburgēsis, sub duce Bernardo Bēnonis filio, qui populum hunc grauiter affixit. Theodericus marchio, magnam ante tenens in Wandalico solo prouinciā, cui eadem fuit in gentem auaricia, similis crudelitas, qui occasiōne prestitit auersioni gentis: depulsus honore, exutus est a Wādalī omni suo principatu: p̄ebendarius factus in Magdeburgo, miserā uitā in calamitate finiuit. Memoratus tamen Mistiwoi circa ultima tempora uite, ductus factorū penitētia, & ad cor reuersus, cū nollet Christianitatē deserere, pulsus patria, ad Bardos cōcessit: ibiq; fidelis cōsenuit & finiuit: Bardor; uicū appellāt Bardewick.

## XLIII.

Isturbatis rebus sacrę religionis per Wandalī, Folquardus post d Eziconē, qui ante tumultuationē rebus excessit humanis, in pontificatu erat Aldēburgēsi: cum inundatio illa & euastatio fieret: utcunq; saluatus, euasit periculū. Cunq; uiderent, nullā sibi superesse spem fructificandi, in credito sibi populo, propter feruorē recentis crudelitatis: abiit in Norwagiam: ibiq; multos domino lucratus, cum gaudio rediit Bremam. Per absentiā autem eius, cum res ad quādam trāquilitatē denuo cōponeretur: & spes aliqua affulgeret, admittēdē a populo p̄edicationis: ordinatus est a metropolitano Hamburgēsi, quem Vnwanum fuisse cōficio, in sedem Aldenburgēsem, mortuo iam Folquardo, Reginbertus. Istēpora sua in p̄edicatione diuinī uerbi feruēs cōsumpsit, quieuitq; in pace Vnwanus autem metropolitanus, cum Bernardū ducem iam Imperatori conciliasset, prudēter apud ducem effecit: ut Wandalī tributo moderato ad ducis quoq; beneuolētiā rediret. Ad matris autem Hamburgēsis ecclesie restorationē, uenerabilis metropolitanus, fertur post cladē Wans

Saxonia uia  
statur.LX. pb̄l  
trucidati.Theoderic  
marchio.Folquardus  
episcopus.Reginbert  
episcopus.

Beno c̄ps.

Querela de  
ademptis ec-  
clesie bonis.Curtes restis-  
tutae epo.Werbenare  
gia arx.Simulata  
promissio.

dalicā ciuitatē & ecclesiā fecisse nouā: simul ex singulis congregationibus suis, quę uirorę essent, tres eligēs fratres: ita ut duodecim fierēt qui in Ham burgo, canonica degerēt cōuersatione, & populū auerterēt Idololatrię cul tu: Ordinauitq; in Wandalia, mortuo Reginberto, Benonē, uirū prudētē, qui de fratribus Hāburgēsis ecclesię electus, in populo Wādalorę, multū p̄dadicādo fructū attulit. Hic sane magne deuotionis uir cupiens Aldēburgen sis sedis diruta omnia restaurare, perquirere cōcepit de possessionib⁹ & redditib⁹, quos ad ius episcopale Magni Ottonis deputauerat institutio, Sed quia post excidiū Aldēburgensis ecclesiæ, primitua instituta, & magna & principū donationes uenerāt in abolitionē, & Wādalorū possessio ni cesserāt, memoratus p̄tifex in presentia ducis Bernardi questus est: qm̄ Wagrī & Obotriti ceteriq; Wādalorę populi, debita sibi & ecclesię ne garent stipendia: quid faceret? Ea de re principes W̄inulorę, a duce sunt in colloquiu euocati: & inquisitione habita, quare p̄tifici legitimā subtrahe rent ariponam. Illi p̄tēdere cooperunt, uarias exactiōnum impositiones. Expedire sibi egredi terra, q̄ implicari maioribus uectigalium p̄fessionib⁹: Consyderās igit̄ non posse instaurari ecclesiastica iura, secūdū eam formā, qua fuerāt tempore Ottonis. I. petitione adhibita, uix obtinuit: ut de q̄lī bet domo paupere uel diuite, per oēm Obotritorę terrā, duo numi p̄tifica lib⁹ soluerēt impensis. Preterea curtes ille nouissime Busu & Nezetma & ceterę possessiones in terra Wagrī, episcopo restitute sunt rursus incole dę. Illa uero p̄edia, que fuere in remotiōre Wandalia: que olim, ad Aldēburgēse episcopiū pertinuisse cōmemorat antiquitas: quorum nomina de Ritzewe, Morize, Cusni, cum attinētijs suis, episcopus Beno, nullaten⁹ per ducē obtinere potuit, licet ad ea requirēda enixius cōtēderet, per oportu na tempora. Postq; aut̄ placuit p̄fissimo Cesarī Henrico curiā celebrare in arce Werbena, iuxta Albim fluuium, ad experiundos pertentādosq; ammos Wādalorum: uenerūt omnes principes W̄inulorum in presentiam Cæsaris: seq; Imperio ad bēnum pacis, & tranquillitatis commoda, ob temperaturos semper, sunt protestati: Ibi quoq; Aldēburgensis pontifex, ueterem super iuribus ecclesiæ suę renouauit quæstionem. In facie Imperatoris, interrogati Wandali de possessionib⁹, ad ius ecclesiæ spectātibus, recognouerūt, urbes aliquot, suburbiaq; ecclesiastici iuris esse, & ad p̄tificem pertinere. Preterea omnes Obotriti, Kissini, Polabi, & Wagrī, & ceteri Wādalorę populi, qui terminis Aldēburgensis ecclesię cōcludebā tur, polliciti sunt dare omnē censum, quem pro decima Magnus Otto, ecclesiasticis stipēdijs deputauit: quorū tamē pollicitatio plena simulatione fuit. Statim autem, ut Cesar soluta curia se uertit ad alia, nihil de promissis impleuere. Dux quoq; Bernardus, in armis quidē strentius, sed totus auaricie seruiens, Wādalos, quos e uicino positos, bellis siue pactionib⁹ subge gerat, tantis uectigaliū p̄fessionib⁹ onerauit: ut nec memores dei, nec sacerdotibus ad quicq; essent beneuoli. Quāobrē Christi cōfessor Beno, uidēs legationis sue ministeriū, a principib⁹ seculi, nō solū nō adiuuari, sed penit⁹ impediri, cassō labore fatigatus, cum nō inueniret ubi quiesceret pes eius:

## LIBRI II. CA. XLIII. ET XLIII.

peruenit ad sanctissimum virum Berwardum Hildesemensem episcopum, ostendens ei angustias suas, & querens in tribulatione consolationem. Ille ut erat vir humanissimus, collegit hospitem: prebuitque exultati hospitalitatis humanitatem, & de facultatibus ecclesie sue suppeditauit ei uitae stipendia, quatinus ad legationis sue opus exiens, & rediens, inueniret stationem tutam, in qua pausaret. Eo tempore, memoratus pontifex Berwardus in possessione, que sibi hereditario iure prouenerat, magnam fundauit ecclesiam, amplissimis ut uideri potest impensis, in honoris sancti Michaelis archangeli: quo etiam copiosam monachorum turmam, ad seruendum deo, congregauit. Consummata igitur ad uotum basilica, ad denunciatum dedicationi festum, conuenit immensa multitudo, ubi sinistrum ecclesie latus Berno episcopo dedicaret, a populo compressus & attritus, post paucos dies, ingrauescente morbo, uita functus est. In aquilonari eius ecclesie regione, honestam obtinuit peregrinus pontifex sepulturam: in ecclesia, quam ille rogatus benedictionis munere consecrauit.

CA. XLIII.

Berward  
episcopus.Fundatur eccl  
lesia.Coprimitur  
episcopus.Libentius  
archieps.

Pax in Wandalia.

Canes ad uo  
mum.Imp. in Bos  
hoemiam.Quicq; filij  
ducis Boh.

Einerus illi in Aldenburgense ecclesia succedens, benedictione & consecratione episcopalē obtinuit a Libentio secundo, Hamburgensi archiepiscopo: nec amplius preferunt annales de gestis eius. Vnde confidimus, breue fuisse eius presulatum. Abelinus post illum ordinatus, ab Aelbardo metropolitano. Quo tempore, pax solida fuit in Wandalia. Hoc tamen testis noster asseueret, pacem fuisse solidam per Wandaliā, ita accipimus: quia nulla tenuerunt arma: soluere pceres consueta Saxonib; tributa: rustica plebs, pro sua consuetudine, impositum censum non recusabat. Ceterum, in quo maior uis erat, non erat pax ad Deum: abiecta erat Christiana religio: redierunt ad uomitum canes: nec id dux Saxonie magnopere curabat, tributis & censibus contentus: & si obniterebat, non suppeditebat vires, aduersus tantam nationem. Regum opus erat & Imperator, reponere iugum, quod ab initio imposuere genti. Nam primus Otto Imperator, adgegit post Danos & Wandalos suscipere Christi iugum: quod (ut diximus) per tempora triū Ottonū tenuerunt, & proiecerunt per occasionem contemptū principis Misiwoi: nec ante receperunt, q; armis Hērici Leonis ducis Saxonie, qui potentia reges equabat, a terra, & a mari, pressuris Waldemari primi, Dano-rum regis adigerent: quod sequentia tempora monstrabunt.

XLV.

Ed paulo ante hec tempora, Henricus Imperator, in Bohemiam parabat expeditionem, armis adiutus, inter alios principes etiam Bernardi ducis Saxonie. Belli autem gerendi hec suberat tum ratio. Cum Poloni, Bohemicis Romano pareat Impio: orta inter eos similitate, & perinde bello; Imperator suarum esse partiū duxit, de legibus pacis tractare, imperavitque utriusque, ut ab armis discedat: iusticia & equitate, non bello decertet. Cōtumacia uidebatur apud Bohemos: q; Biticeslaus dux insolentior esset Bohemorum, ex numero filiorum ad arma ualentium, animos dicens. Quinq; enim sustulit ex Iutta natos: Spitigneū, Conradū, Wladislaum, Jarimirū, & Ottone. Iam antea uictor Vngaria quoque peruestabat. Duxit ergo in Poloniā, ulturus aut iniurias: q; ille oppressus esset a Polonis; cum etiam illi

LIBRI II. CA. XLV. ET XLVI.

•  
Superbum  
responsum.

Imperator  
vincitur.

Vincit Bo-  
hœmus.

Mandatum  
stolidum.

Pax inter fra-  
tres.

Cōrad⁹ Im-  
perator in  
Wandalos.

Male Chris-  
tianus cōfo-  
ditur.

• Crudelitas  
magna.

Cracouiā adimerent. Imperato iterum Bohœmo mādat, quę abstulisse Polonis, reddat: alioqui armis adigēdum. Duxit ille lenius, & mādata & minas remādās Imperatori; se tributa debere annua Imperio, boues centū uiginti, talēta centū quinquaginta, ea se paratū exhibere quotānis: Supra id, si quid posceret, Imperatore ab equo discedere. Impator magno agmine ducit in cōtumacem: densis syluis: magno exercitu, difficulter ingrediē Bohœmiam: Ingressus aut̄ excipitur insidijs: multis suor̄ captis, ac trucidatis. Sed tum nihil salubri⁹, q̄ retro pedem ducere. Parte ex altera Bernardus Saxonū dux uictor ingredit̄, & uastato solo, qđ erat in conspectu: ubi casum Imperatoris accēpit, onustus p̄dā regreditur. Sequēti tamen anno, reuersus c̄n̄ copijs Imperator, perpulit ducē ut se dederet. Impator aut̄, rebus ex sentētia inter Bohœmū & Polonū compositis, reduxit exercitum. Huic duci iam rebus excedēti, successit maior natu fili⁹ Spitigneus. Is omnes Teutonici nominis excedere iubet prouincia: nec matrē Teutonici sanguinis, passus est intra limites cōsistere ditionis. Nec mitior in fratres, quos etiā bello persequitur. Wladislaus ad Andream regē Vngarie profugit: ceteri se fratri permittūt. Reuocat⁹ inde Wladislaus ex Vngaria, pace inter fratres sequuta recēpit quæ sua essent: & unde ad bonum modum, pro rerū qualitate se sustineret. Nec enim passi sunt dirimere paternam ditionē, recte sentientes, quod si seruassent in hunc diē Germanię principes, res multo florarent per Germaniam pulchrius: Stetitq̄ sub hoc duce diu quieta Bohœmia. •

CA XLVI.

Onradus Suevus Romanū tenebat Imperium, qui insolentiam Wādalor̄, a Christo & Imperio deficiētū, non tulit. Quo factū est: ut Wīnulos frequētibus bellis attereret. Verūtamē Christiana religio, & cultus domus dei, paruū reccepit tum per arma incrementū: prēpediente avaricia ducis Saxonū: tributis immaniter inhiabat. Didicer̄e prefecti, qđ principi gratū cernerēt. Nā omnia corradētes, nec ecclesijs, nec sacerdotibus, quicq̄ sunt passi, esse residui. Prīncipes Wādalor̄ tum fuere filij Mistiwoi, qui deficiens moriēdo ad annū Christi, XXV. post mille, successores reliquit filios: quorū hēc nomina Anatrog, & Gneus, tercius Vdo male Christianus: unde etiam pro crudelitate sua, a quodam Saxonū transfuga, improuise confossus est: Cuius filius Godescalcus nomine, apud Luneburgum, scholasticis erudiebatur disciplinis: qui morte patris comperta, fidem reiec̄it cum literis: amnec̄ transmissō, peruenit ad gētem Wīnitorū: congregataq̄ multitudine latronū, percussit in ultione patris, omnē terrā Nordalbingor̄. Ibi semper prima Wādalor̄ palestra in exercenda sequitia, q̄ nulli ibi protectores uiderētur. Tantas aut̄ strages fecit Christianæ plebi, ut crudelitas omnē modū excesserit: nihilq̄ remāsit in Holsator̄, ac Sturmario, prouincia, siue eorū, qui Thietmarsi dicuntur: qđ manus eius effugerit, preter notissima illa præsidia: Etzeho, & Bokelenborg. Illo enim se quidā armati cōtulerūt cū uxoribus & paruulis, & substantijs, que direptioni superfuerant. Quadam igtur die, cum memoratus princeps Godescalc⁹, latrocinali more per uicos & cāpos uagaret

## LIBRI II. CA. XLVI. ET XLVII.

uidēs regionem, uiris & ecclesijs pridem refertam, nunc redactā in solitus dinem; exhorruisse fertur, proprię crudelitatis opus, & tactus dolore cor dis, intra se deliberauit, a nepharijs cœptis tādem cohibere manus. Auul sus ergo parumper a socijs, & quasi ad insidias exiens inopinate offendit quēdā Saxonē Christianū: qui cum armatum uenientē eminus fugeret: ille clamore sublato, hortatur ut subsistat: iurat se illi nihil nociturū. Cūq; uir timid⁹, reccpta fiducia, substitisset: ccepit p̄cūtari ex eo, quis esset, aut quid nosset rumoris. At ille, ego inquit, sum homo pauper Holsatia nat⁹, sinistros aut̄ rumores quotidie experimur: quia princeps iste Wandalor⁹ Godscalcus, multa mala infert populo & terre nostrę: sicutq; crudelitatis sue satiare querit sanguine nostro, tempus aut̄ esset, ut uindex deus ulcisce retur iniurias nostras. Cui Godscalcus: multum, inquit, coarguis uirum illum Wādalor⁹ principē, reuera enim multas ille pressuras excitauit populo & terre uestre uindex tamē paternę cedis est ardētissimus: Ego sum qui tecum loquor: pro opera ut loquamus apertius: doleo uicem uestrā: mihiq; impositum esse tātū sumere ultionis in Deum & Christicolas: uerū tamē, iam uehementer cupiens redire in gratiā eorū, quibus tātū ultionis irrogauī: accipe ergo uerba mea, & reuertaris ad populū tuū: annūcia, ut ad locū illum (significabat aut̄ quē uellet) mittāt uiros fideles, qui mecum agant de foedere & pacis cōditionib⁹. Quo facto, omnem hanc turbā latronum, quę mihi magis necessitate, q̄ uoluntate alitur, dimittam. Cū aut̄ uenisset ad presidiū homo rusticus, in quo Saxonū reliqui magno timore delituerūt: intimauit senioribus uerbum abscōditum: suggerēs omnimo de, ut mitteāt uiros ad presinitum colloquium. At illi non intenderunt, reputātes dolum insidijs oportunum.

## CA. XLVII.

Ost non multos dies, cum idem Godscalcus, iam fiducia concepte pacis incuriosi⁹ transiret, a duce captus est: & in uincula more latronis est cōiectus. Reputans ergo dux uirum fortē, & ad arma strenuū, utilem sibi futurum: cōperto etiam q̄ iam de pace cogitatuerit, mādaueritq; Saxonib⁹ Transalbinis: inīt cū eo foedus, & honorifice donatum abire permisit. At ille dimissus, abiit ad regem Danor⁹ Kanutū, & māsit apud illū multis diebus, uarijs bellor⁹, laborūq; exercitijs, in Norwagiā, in Angliā, uirtutis sibi decus cōsciscens, adeo apud regem sit cōmēdat⁹ ut ad regij generis nuptias perueniret. Inde uero lōgo postliminio, in terram patrū suor⁹ redire meditatus: non facile dimittitur a rege. Kanutus enim rex, paternarę memor iniuriarę, bellum parauit in Iulinesses Wandalos. Cauerant enim sibi Iulinenses memorati: ut tertio capto Zuenone Kanuti patre, sacramētum prestaret, se nunq; qđ acciderat, uindicaturū: qđ pius rex, iam in Christi religione deuotus, sedulo impleuit: Sed filius Kanut⁹: quod patri per iuslurandum non licuit, ille sibi putauit implēdum primitias inde bellī auspicatus, si piam patris causam uindicaret. Itaq; parata armorę expeditione, nauigauit e Dānia sua in portū, & oppugnata aliquādiu ciuitate, rebus pactione compositis, ad urgētiōra bella respexit. Dum ista gererētur ad litt⁹ Germanici maris: Godscal-

Pius dolor  
Godscalcii.

Godscalc⁹ cō  
trit⁹ offert  
pacem.

Godscalc⁹ ca  
pitur.

Relaxatur  
ict⁹ foedere.

Rex Danor⁹  
in Iulinesses.

cus, quod diximus, patrē quoq; suum uindicās ista peregit, que cōmemo  
 rauimus, magnis inde rebus gerendis, Kanut<sup>9</sup> rex Godscalcū semper ad-  
 hibuit. Erat ille inter regij corporis custodes, uir semper habitus fidelissi-  
 mus. Post multa autem reuersus in patriam, quātū prius in euertenda, tā-  
 tum tūc in reducēda Christi religione impiger laborauit: nec quieuit, do-  
 nec omnē, qui per illū defecisse uidebat, populū, cum multis alijs ad diui-  
 ne religionis iura reduceret. Et prosperatū est opus in manu ei<sup>9</sup>. Erat tum  
 (ut dixim<sup>9</sup>) in Romano Imperio Cōradus Sueu<sup>9</sup>, qui Henrico filio uxo-  
 rem accēpit memorati Kanuti filiam, potentissimi Danorū regis: qui etiā  
 cum Imperatore Conrado ad percipiēdā Romē coronā profectus est per  
 Italiam; memoriā renouās patrum suorū, Gothorū diu ibi regnātū. In-  
 de uero regressus Kanut<sup>9</sup> filijs suis regna uiu<sup>9</sup> dimisit. Sed Suecię & An-  
 glię regibus filijs, pater superstes, solū reliquit Knutonē, sui sanguinis he-  
 redem. Is Norwagiam inuadēs, pactus est cum magno diui Olaui regis  
 filio: ut qui ex duob<sup>9</sup> alteri fieret superstes, alteri<sup>9</sup> regnū suo cōiungeret,  
 & teneret utruncq; Eaq; pacta iuramēto regum & procerū sunt firmata:  
 Cunq; Knuto Danie rex prior deceſſisset, Magn<sup>9</sup> ex foedore iurato, Da-  
 niā possedit, proceribus regni, iusiurādum preferētib<sup>9</sup> sanguini. Iam Ma-  
 gnus duobus regnis insignis, mouit expeditionē in Wandalos, itinere ter-  
 restri: Ex Iutia ducens per Holsatiā in Wādaliā. Occurrit illi magno ag-  
 mine princeps Winulorū, Ratibor, & manu cōferta cum Danis, cadit in  
 acie ductor. Filij aut̄ eius, quos ille octo reliquerat, omnes ad arma ual-  
 dos, bella cum Danis renouāt, & ipsi omnes ad internectionē cedunt. Wi-  
 nuli tñ obseruātes tēpora, quib<sup>9</sup> Magnus rex alijs implicitus bellis, eis oc-  
 currere non posset magno agmine ustantes Iutiā, usq; Ripam opidum  
 tum florens perueuerūt, sed rex preoccupatis illis, apud Sleswicū demora-  
 tur egressuros: ibiq; prelio excipiēs redeūtes, multa ex his millia strauit.  
 Pax indefirmatur utruncq; Godscalcus, & si iam in Wandalia ageret, ta-  
 men quia in principatu non agebat, permisit rem suo marte decurrere: nec  
 sue uicis esse dicebat, se rebus ad se non spectatibus, cum magna partium  
 multitudine immiscere. Igitur ad omnia quietus exitum demorabat.

FINIT LIBER. II.

INCIPIT LIBER. III.

Godscalc<sup>9</sup> he-  
 reditatē recu-  
 perat.

g

Odscalcus interea reuersus in Wandaliā, cum inuenis-  
 set hereditatē suam ab alijs inuasam, dimicare cōstituit,  
 & comitātē uictoria possessiones cum principatu ex in-  
 tegro receperit. Statimq; ad cōquirēdum sibi apud De-  
 um magni meriti locum intendens animū: Wandalorū  
 populos, quos Christianitatis ab olim cōcepit obliuio ad  
 recuperandā fidei gratiā, & ad recipiendā religionē, quā  
 abiēcerat, excitare cōtendit. Infinita aut̄ gentiliū multitudo, per instanti-